









14  
2

VLTERIORVM OBSERVATIONVM  
DE  
1765 13  
**REMEDIO REVISIONIS**  
EX LEGIBVS IMPERII ET PRAXI  
**CAMERAE IMPERIALIS**  
PRAEPRIMIS RECENTIORI HAVSTARVM  
386.  
DECADEM PRIMAM

---

AD DISPUTANDVM PROPOVNT

**D. IVSTVS CHRISTIANVS LVDOV  
DE SCHELLWITZ**

ET

**IOANNES GOTTLIEB THOMAS**  
DEVTSCH - FAVLSDORF. LVSATVS

---

DIE OCTOBR. MDCCLXV

---

WITTEBERGAE

EXCVDEBAT IO. CHRISTOPH. TZSCHIDRICHVS

*Schellwitz de remedio revisionis (2.)*

70





V. T. P. L. O. V. N. D. E. B. V. L. I. O. N. V. M.

R. E. S. T. I. T. U. T. I. O. N. I. S.

C. O. M. M. U. N. I. T. A. T. I. O. N. I. S.

P. A. R. T. I. S. I. N. T. R. O. D. U. C. T. I. O. N. I. S.

A. N. T. I. Q. U. I. T. A. T. I. O. N. I. S.

A. N. T. I. Q. U. I. T. A. T. I. O. N. I. S.

70





V I R O  
I L L V S T R I  
MAGNIFICO CONSVLTISSIMO AMPLIS  
S I M O Q V E  
D O M I N O  
I O A N N I G O T T L I E B  
L E Y S E R O D

S E R E N I S S I M I A C P O T E N T I S S I M I  
S A X O N I A E E L E C T O R I S  
C O N S I L I A R I O S V P R E M I C O N S I S T O R I I  
H A E R E D I T A R I O I N G E R S D O R F

D O M I N O S V O P E R I N D V L G E N T I



QVALECVNQVE HOC SPECIMEN

CEV

PERPETVAE PIETATIS INDICEM

ET

OBSEQVII NVNQVAM INTERMORITVRI

TESSERAM

CVM

OMNIGENAE FELICITATIS APPRECIATIONE

AD SVI

VLTERIOREM COMMENDATIONEM

CONSECRAT

CVLTOR OBSTRICTISSIMVS

IYSTVS CHRISTIANVS LVDOVICVS DE SCHELLWITZ





## PROOEMIUM



irificam semper ex elegantissimi istius libelli lectione voluptatem cepi, quo *Tobias Barthius*, excellentis vir ingenii, et iudicii probe subacti potiores in praxi dissensus noua et plana via pertractare feliciter instituit. Nunquam vero de manu posui vtilissimum huncce libellum, quin magnopere optafsem, vt idem ille vel alius, in quo fuisset excellens et eximia iurium scientia, eadem via vltcrius processisset, ac notabiliorum in aliis iurisprudentiae partibus obuiorum dissensuum nonnullas centurias in publicum dedisset. In primis de amplificanda processus summorum imperii tribunalium cognitione sollicitus valde optaui, vt inter tot tantosque Istos, qui de iure camerali tam eleganter et concinne scripserunt, de colligendis dissensibus in praxi camerali occurrentibus aliquis cogitasser. Cum praestantissimis Istis, qui nostra aetate rem iudicariam imperii elegantissimis scriptis illustrarunt, et vel adhuc illustrant, rerum forensium strepitus, aut ingens aliorum laborum moles, quod impense dolendum est, operosi huiusmodi libelli confectionem vix permittat; ego ipse illo tempore, in diligenti ac constanti optimorum iuris cameralis scriptorum et actorum lectione varia hunc in finem colligere coepi, periculum aliquando facturus, vtrum vnum alterumue cameralium dissensuum specimen in lucem emittere, eoque forsitan peritiorum et doctiorum aliquem ad meliora atque rectiora danda excitare possem. Quominus autem incepta huc vsque exsequi potuerim, impediuerunt varia, et in primis hoc, quod in Saxoniam, carissimam hanc meam patriam, reuersus *Digestis iuris saxonici a)* nonnullisque scriptis aliis quaedam vsu fore celebratiora iuris capita vel vnice, vel simul ex iure saxonico explanantibus multum temporis atque laboris impenderim. Quibus scripturionibus cum nunc, partim ob summam voluptatem, quam ius publicum germanicum et camerale tractans semper perferens, et adhuc persentio, partim alias ob causas vnum, alterumue eo spectans specimen addere apud animum statuissem; ante omnia quidem illa de dissensibus cameralibus collecta



tanto diligentius perlustrauī, quo commodius forsitan tale opusculum per specimina breuiora pro academico more publico eruditorum examini interdum submittenda paullatim continuari posset; at ex maioribus et minus frequentibus solum operibus necessaria fusius excerpta, ad minores autem elementares, systematicos aut de singulis argumentis agentes libellos, quos ipse in libraria suppellestile, a qua adhuc remotus sum, asseruo, hieque non inueniuntur, breues tantum remissiones factas deprehendi. Quamuis igitur in praesenti tale specimen edere nequeam; tantum tamen abest, vt istud consilium abiecerim, vt potius in eodem permanere, et statim, ac diuinae bonitati cum libellis meis me iterum coniungere placuerit, eiusmodi specimen proponere, et, si peritioribus illud non prorsus displicere intellexero, in isto tramite tamdiu pergere decreuerim, quamdiu Deus vitam viresque suppeditabit, aut donec peritior quidam hunc laborem suscipiet. Vt autem iam voluntati meae, de iure publico aut camerali aliquid scribendi quodammodo satisfacere; constitui tandem vltiores quasdam obseruationes de reuisionis remedio ex legibus imperii et praxi camerali recentiori collectas, libelli inauguralis ante quinquennium de hoc ipso argumento editi partim supplendi, partim emendandi causa proponere. Quo ipso amicorum quorundam desideriis, vt credo, satisfiet qui, cum inter alia modo commemorata, vt dicunt, iuris cameralis collectanea haut exiguum de reuisione camerali fasciculum viderent, vnde tenuis mea inaug. diss. insigniter locupletari posset, instarunt, vt eandem auctiorem foras darem. At hisce desideriis, quae ex amore et propensa in me voluntate vnicè proficisci credidi, et adhuc credo, vt locum darem, nullo modo a me impetrare potui, quippe qui tenuitatis meae mihi met optime conscius probe agnosco, omne id, quod scribo, vix prima vice lectorem reperire, ac de nouo quod inprimatur, dignum plane non esse. Sed haec prooemii loco sufficiant. Prodeant nunc obseruationes ipsae, quas in promptu habeo.

a) Libellus exhibet breuem omnium a die Ianuarii primo anni 1725. inde latarum legum Saxonicarum extractum, adeoque ibi incipit, vbi b. Haynii Digesta iuris saxonici desinunt. Iisdem etiam sub vocibus, sub quibus b. Haynii antiquiorum legum summam retulit, ego recentiorum de eodem argumento promulgatarum contenta breuissimis reddidi. Argumentis, de quibus nihil antea lege cautum fuit, noua conuenientia rubra locis congruis assignaui. Quas obseruationes libello, qui bibliopolam aequas condiciones offerentem expectat, titulum Haynii *continuari et suppleri*, siue *Digestorum iuris saxonici* partis posterioris praehere nullus dubito.

### OBSERVATIO I

*An reuisioni locus sit contra decretum extraiudiciale, quod supplicantis petitum cum indignatione denegat?*

**I**nter omnes constat preces suas per extraiudiciale decretum inique repudiari existimantibus integrum esse, aut emendatas preces offerre, aut, si noui nihil suppetit, petere, vt super eadem supplicia, praecua senatus adiunctione a) siue correferentis constitutione, noua deliberatio instituatur, reuisionis autem vsum interdictum esse. Quid autem,



autem, si euenit, ut Camera extraiudicialiter supplicantis petiitum non modo denegat, sed etiam reiectorio decreto clausulam addat, quod supplicans non debeat iterum supremo iudicio molestiam creare? Si noua releuantia adhuc proferre potest supplicans; impune illa non solum proponet, sed etiam, quod petiit, certissime obtinebit, cum nouiter reperta allegare et deducere nemo prohibeatur, licet idem iam antea aliis ex rationibus frustra perierit. An autem, qui noua in promtu non habet, vel ab vltiori iuris sui persecutione desistere debeat, vel reuisionis vsum postulare possit, id ipsum est, de quo iam agitur. Ante omnia ne talis querela existat, eadem prouidentia euitandum esse duco, quam perill. quondam de *Ludolf b)* ante Sctum nouiss. generatim adhibendam esse censuit, ne pars quaedam super denegatorii decreti iniquitate conquerendi occasionem nancisceretur. Eadem enim hoc casu subest ratio, quod nempe per Sctum nouiss. non simul definitum sit, quid circa illum iuris esse debeat. Si autem talis querela adest; mea quidem sententia, si illam scire cupis, aequitatis et iuris rationes non permittere videntur, vt reuisionis viam, quae postquam eiusmodi decretum alias permissas et modo indicatas grauamina proponendi vias praeclusit, adhuc vnice patet, aequae occludamus. Rationes sane cur Sctum nouiss. reuisionis vsum, qui olim, cum reuifores singulis annis conuenirent, contra decreta extraiudicialia denegatoria commode permitti poterat, *c)* prohibuit, sine dubio haec sunt, *d)* quod, quamdiu cessant visitationes annuae, reuifio contra ista decreta citra summam iustitiae impedimentum tolerari nequeat, et aliud antiquum supplicationis vltioris remedium, in eodem Scto nouissimo non modo firmatum, sed quoque ampliatum sit, (*§. 7. inpr. not. m)* p. 16.) adeoque grauamen sentire credens, reuera plures alias habeat vias, quibus eiusdem correctionem intra breue tempus et sine tantis difficultatibus atque impensis, quales reuisionem concomitantur, *e)* obtinere potest. Quod autem grauaminis reparationem petendi medium per LL. imperii indultum, et a Camera ipsa in reuisionis, olim permissae, locum substitutum si admittitur; maxime naturale esse videtur, vt eiusmodi grauato, ne omni plane defensione priuatur, ad reuisionis remedium regressus concedatur. Quae sententia nec a reuisionis sine atque indole abhorret. Introduxerunt nempe sapientissimae LL. remedium hoc in eorum grauiam, quibus grauamen illatum est, quod alia ratione a se auertere nequeunt. *f)* Nec de hac sententia me dimoues dicens, vix fieri posse, vt iniustum denegatorium decretum sequatur, et speciatim vt processus inique denegentur, cum Camera non modo supplicas pro citatione sed etiam pro mandatis adeo sine scrupulositate examinet, *g)* et haec plerumque vel, prout peruntur, vel eorumdem loco aliquid quid decernat, *h)* nec non appellantium precibus regulariter in dubio annuat. *i)* Omnis enim ista circumspectio et extraiudicialiter supplicantium precibus cedendi, vt ita dicam, facilitas non prorsus impedire potest, quominus vnus alteriusue petiitum inique forsitan reiciatur, vel saltem supplicans firmitus et prorsus illud credat. Quod si autem tunc modo reuisionis vsus succumbenti indulgeri deberet, vbi non omnis cor-

recto-



rectoriam sententiam obtinendi spes deficiit; perpaucae reuisiones interpositae admit-  
tendae essent, quam vero sententiam Camera imperialis in praxi non sequitur. *k*)

*a*) §. 7. not. n) p. 16. Add. *Gambis* ad R. I. N. §. 106. p. 372. edit. nouiss. perill. L. B. de  
*Cramer* *Wesfl. Beyträge* T. I. P. I. p. 107.

*b*) in examine locorum ex *Blumio* commentationi systematicae de iure camerali annexo ad  
tit. 64. §. 90. p. 449. sq. edit. 3.

*c*) R. I. de 1570. §. 79. (C. O. C. I. 22. §. 14.) Add. praecceptoris et fautoris mei ad cineres  
vsque venerandi ill. *Pütteri* introd. in rem iudic. imperii §. 757. not. a) p. 500. *d*) *Idem* l. a.

*e*) b. de *Ludolf* l. a. S. 2. §. 7. n. 3. p. 326. reuisionis remedium iure meritoque anceps et  
sumtuosum vocat.

*f*) R. I. de 1532. art. 3. §. 16. 17.

*g*) L. B. de *Cramer* systema processus imperii P. I. §. 452. p. 121.

*h*) ill. *Pütter* l. a. §. 288. p. 201.

*i*) *Idem* l. a. §. 393. p. 278.

*k*) L. B. de *Cramer* *Wetzl. Nebenst.* T. I. Abh. 6. §. 9. Addatur tamen *Idem* in obseru. iuris  
vniuersi T. II. P. II. obs. DCLXVII. p. 230. seqq.

## OBSERVATIO II

*De reuisione in causis personarum cameralium extraiudicialibus tam per-  
sonis cameralibus quam eorum aduersariis non came-  
ralibus permittenda.*

Solent personae camerales singularem, quam supremo camerali iudicio debent, reue-  
rentiam, eo vsque extendere, vt in scriptis suis ad propositam quaestionem: an in  
causis personarum cameralium extraiudicialibus reuisionis vsus licitus sit nec ne? ne-  
gatiue respondeant, contententes, quod, sicut nec aduocati Camerae aliquid pro reui-  
dente publice concipere, nec procuratores pro eodem aliquid in audientia legere pos-  
sint; *a*) ita honor quoque singularis ab omnibus omnino personis cameralibus sum-  
mo iudicio debitus easdem impediret, quominus sententiae, qua tanquam partes  
condemnantur, ceu iniquae vel nullae rescissionem per reuisionis remedium pe-  
tere possent. At multa sunt, quae huic sententiae grauitur vehementerque obstant.  
Multo facilius sane secundum subordinationis legem defendi potest, quod supremum  
Camerae tribunal ab officialibus suis subalternis exigat, vt eo ipso, dum officium suum  
peragunt, ab iis omnibus abstineant, quae summi iudicii honorem vel vlla ratione  
imminuere possunt, aut etiam eidem parum grata sunt. Quae autem extraiu-  
diciali sententiae victae succubuerunt personae camerales eatenus non vt officiales  
aut personae camerales, sed vt partes atque nudi priuati alii coram Camera litigantes  
considerari debent. Iam vero LL. sapientissimae reuisionis asyllum omnibus litiga-  
toribus grauitatis patere volunt, *b*) nusquam addentes exceptiones aut restrictiones  
a singulari personarum qualitate petitas. Accedit, quod, etiamsi per reuisionem ca-  
meralis iudicii auctoritas laederetur, ceu de remedio per LL. imperii publicas, de su-  
premo Camerae tribunali alias tam honorifice loquentes, *c*) approbato vix dici potest, is  
tamen,



tamen, qui iuris sui conseruandi ac se defendendi animo remedium tale adhibet, nemini iniuriam facere censetur, nec cum illo comparandus sit, qui lucelli capiendi gratia alieno nomine id facit. Tandem alienae sententiae fautores cum, vt modo dixi, concludunt, reuera a diuersis ad diuersa argumentantur. Ingens enim in eo vtrumque inter casum discrimen intercedit, quod reuidentis defensionis nihil decedat, siue procurator cameralis, siue alius Camerae non obstrictus mandatarius necessaria in iudicio proponat, reuisionem vero adhibendi venia camerilibus negata, omnis plane defensio iisdem adimatur. Tantum etiam abest, vt augustissimum iudicium voluerit vnquam, aut adhuc hodie velit, camerales in grauatoriali sententia acquiescere, vt potius caeteris paribus reuisiones ab iis interponi, quin immo, si grauati procuratores aut aduocati sunt, ab iis ipsis eandem intimari patiatur. *d)* Sed iam missa hac quaestione satis clara, tria adhuc verba contra me ipsum dicenda sunt. Progressus sum nempe viterius quam reliqui ante me omnes, et alteri non camerali in lite cum camerali quodam succumbenti reuisionis asylum aequae praeccludendum esse statui, (§. 7. not. r) p. 16. seq.) causas interserens parum idoneas, quod paria esse deberent vtriusque litigantis iura, et inconcinnum esset, in causa extrajudicialiter tractata et decisa a reuisionis introductione iudicium incipere. Primum vident sane omnes, quod, etiam si largiaris mihi, camerales dedecere sententiam camerae iniquitatis vel nullitatis incusare, hoc tamen aliis non camerilibus interdici nequeat, quia in iisdem non modo cessat peculiaris ista reuerentia, sed etiam quia generatim iura nolunt, per me iniquam tibi conditionem inferri, ac personae meae singularem qualitatem te iuris beneficio, alioquin ex legum dispositione tibi competente, priuare. Alterum argumentum iuris cameralis peritioribus non magis firmum videbitur. Animum potius subibunt statim variae exceptiones, quas regula de reuisionis introductione iudicialiter peragenda patitur, adeoque plane nouum et praxi camerali aduersum non esse, camerales in supplicia extrajudicialiter exhibita supremo archidiacono decenter significare, ob summam necessitatem et saluo summi iudicii honore interpositae reuisionis formalia et fatalia quaeunque in saluo esse, praestantes ac offerentes se simul ad omnia, quae reuidentem alias obseruare oportet.

a) Quam rigorose Camera contra seculos facientes procedat bene iam obseruauit et praeciuiciis confirmauit ill. *Tafinger* in instit. iurispr. cam. §. 1047. not. 1) p. 879. seq. et in sel. iur. cam. obi. 24. not. k) p. 118. Iunge, si lubet, diss. meam §. 9. not. v, p. 18. Tandem non possum hoc loco omittere sententiam, quam exhibet b de *Ludolf* symph. T. I. fasc. XII. n. 10. p. 127. sq. quia ex illa apparet, quantopere semper et vbique Procuratores praecauere oporteat, ne quid ortentis siue in scriptis proferant, quod vel vllam cum reuisione similitudinem habet. Cum Procurator quidam Camerae implorationem pro restitutione l. l. cuius petitum ab extraneo aduocato ad cassationem sententiae cameralis directum erat, produxisset, ac petitum illud non solum non mutasset, sed etiam in recessu suo, per quem dictum restitutionis libellum produxerat, eundem formula vltus esset; sententiae restitutionis denegatoriae die 17. Sept. 1723. publicatae sequentia annexa erant: *Endlich ist wieder Dr. G. um willen er hierinfallß das petitum gebächter Imploration-*



ration-Schrift 46 nicht geändert, sondern noch dabey in seinem original-recess de 3. Martii h. a. cassationem sententiarum cameralium auf das remedium reuifionis einschlagend gebethen, nichtweniger die Strafe der Ordnung und resp. nach Ermäßigung hiemit vorbehalten.

b) ill. Tafinger instit. iurisp. cam. §. 1100. in f. p. 920.

c) vide v. e. O. C. I. §. aliasque LL. adlegatas a b. de Ludolf in iure cam. S. I. §. I. p. 7. et 8.

d) vid. Deckh. ad Blum. t. 9. n. 19. p. 88. vbi praeiudicium adducit in S. des Dr. Knothen contra den Dr. I. R. Cappen Aduocat. camerae, qui reuifione vsus est, eandemque ipse intimaui.

## OBSERVATIO III

*De litteris denunciacionis per postam, vt dicunt, Camerae imperiali transmissis.*

**N**emo est, qui nesciat, litteras, quas vocant denunciatoriales a Notario reuidente per recessum oralem inter recessus introductionis scripti adiuncta produci solere. *a)* Nec reuidentis mandatario facile in mentem veniet, easdem modo quodam alio supremo Camerae imperialis iudicio offerre. Si enim Reuerendissimus Elector aut absens est, aut morbo impeditur, quominus litteris denunciatorialibus ipse pro more subscribere possit; cancellaria Moguntina illarum loco lubentissime non solum dabit documentum interim in Camera producendum, (§. 12.) sed promittet etiam, se ipsius Electoris Eminentissimi subscriptione munitas denunciacionis litteras statim, eodem reuerso, aut ex incommoda valetudine emerso, alii, a reuidente ad hoc constituto et decenter petenti tradere velle, quo hic easdem vterius Werzlarum transmittere possit. Ipsam autem Moguntinam Cancellariam hanc curam non facile suscepiuram esse, nec commode suscipere posse, vel me non monente omnes vident. Si interim eueniret, vt Cancellaria Moguntina litterarum denunciatorialium loco documento aliquo interim dato, *b)* deinde impedimento isto, ob quod litterae denunciacionis consueto modo subscriptae Notario reuidenti statim dari non potuerunt, sublato, easdem nec alii cuidam Moguntiae commoranti et a reuidente ad hoc denominato daret, nec Werzlarum reuidentis mandatario, sed recta supremo Camerae tribunali cursu publico mitteret; nullo certe modo statuere poteris, quod reuidens reuifione caeteroquin bene se habente privari debeat. Suadere potius videtur aequitas, vt eiusmodi litterae denunciacionis cursu vehiculari ad augustissimum collegium perlatae ad acta ponantur, et liberum relinquatur Notario reuidenti, vtrum velit alias eiusmodi litteras producere, vel ad has se remittere, et, vt Camera in iisdem acquiescat, decenter rogare. Sufficit enim ex simul producendo Moguntiaco rite interpositae reuifionis, *c)* nec non litterarum denunciacionis loco interim obtento documento luculenter constare, reuidentem Notarium satis mature Moguntiae fuisse, et, quae ipsi incumbunt, ac in eius potestate fuerunt, peregisse, nec non in introductione rite ac intra fatale peracta omnia ista produ-

xist,



xiffe, quae Cancellaria Moguntina ad preces suas legitimo tempore et forma legali prolatas obtinere potuit. d)

a) vid. v. c. ill. *Tafinger* l. a. §. 1051. p. 883.

b) Si, quod vix fieri credo, cancellaria Moguntina tale documentum dare recusaret; Notarius reidens hoc in introductionis recessu indicare deberet simul adlegans, ex rite interpositae revisionis documento suam in seruandis fatalibus diligentiam liquido apparere, adeoque hoc sibi nocere nullo modo posse.

c) ill. *Tafinger* l. a. §. 1048. in f. p. 881.

d) Ne iam propositam speciem in praxi camerali aut plane non occurrere, aut supremum iudicium de eadem, si forte existit, aliter sentire existimes; meum est praecudicium addere, quod aliam tibi cogitationem inducet. In causa *Freyrag* contra *Abdinghofen* app. decisae die 13. Iunii anno 1668. litterae denunciationis per postam, ut vulgo dicunt, ad augustissimum camerale collegium Moguntia missae fuerunt. Iisdem lectis die 12. Aug. e. a. iussit camera ut ad acta ponerentur, et expectaretur verum Notarius vel alias eiusmodi litteras sponte in iudicio produceret, vel ad haec se remitteret, quod posterius deinde factum est.

#### OBSERVATIO IV

*Cautionis reuiforiae praestatio non est necessaria si sententia impugnata reum ab actione, vel actorem a reconuentione absoluit, compensatis expensis.*

Cum reuifi reuiforia cautione reudentem securum reddere studeant de restitutione eum in euentum obtinenda, si sententiam Camerae corrigi contingat; prono inde fuit alueo, quod, vbi sententia cameralis reum non condemnat ad aliquid actori praestandum, sed reum ab actione, vel actorem a reconuentione, compensatis expensis, absoluit, ibi nec cautio quaedam vlla sub specie exigi siue iniungi possit. Is sane cuius actio vel reconuentione reiecta fuit, ideoque reuifionis remedium adhibet, iam nihil reuifio per executionem praestare cogitur, adeoque nihil est, de cuius restitutione aliquando obtinenda reuifus reudentem securum reddere possit. Sententia camerali praeter spem omnem a reuiforibus correctae; reidens talis potius aliquid accipit, non autem, quod nunquam accepit, restituit. Si autem is, cuius actio vel reconuentione reiecta fuit, litis expensas simul refundere iuberetur, et ad reuifionis remedium confugit, quippe quod eidem omnino licet, si actionis vel reconuentionis intentatae obiectum vna cum refundendis expensis summam reuifibilem efficit, nec non causae qualitas reuifionem admittit; reidens reuifio expensas haec ob cessantem suspensiuum reuifionis effectum, reuifione non obstante, soluere tenetur. Quia autem LL. imperii volunt, ut omnis reidens de eo, quod vi sententiae cameralis per reuifionem impugnatae reuifio praestare cogitur, aliquando iterum consequendo securus reddatur; facile intellectu est, oportere reuifum de hisce expensis in casum sententiae a reuiforibus mutatae restituendis idoneam cautionem offerre, licet quoad ipsum litis obiectum ob modo adlatas rationes cautio aliqua per rerum naturam iniungi non possit. a)



a) Haec omnia egregie illustrant acta sub rubro: v. Adlerstein contra v. Weßel genant v. Carben. In ista causa contra sententiam die 19. Ian. 1759, publicatam, qua reconuentio, cuius obiectum 30. mille florenos superabat, non modo reiecta, sed etiam condemnatio in omnes reconuentionis expensas, et dimidiam sumtum in taxationem et commissionem erogatorum partem facta erat, Not. Feyerlein die 14. Martii e. a. reuisionis remedium introduxit. Die 16. Maii indicauit Notarius quod modo commemorata in expensas condemnatio sententiae reconuentionis relectoriae annexa vnum ex praecipuis reuisionis grauaminibus esset, ideoque vt supremum Camerae tribunal in puncto moderationis et taxationis expensarum istarum non procederet, petiit. At die 20. Iun. a. e. partis reuisionis procurator inter alia, quae huius loci non sunt, regeffit, istarum expensarum quantitatem multum infra summam reuisionibilem esse, et ex hoc capite non deuolutoriam sententiam efflagitauit. Ad haec die 28. m. et a. e. Notarius recte respondit, quod de summa reuisionibili nemo plane dubitare posset, cum id, quod per reconuentionis relectoriam Principali suo abiudicatum esset, vna cum omnibus istis expensis 30. mille florenos excederet. Tandem reuisionis procurator die 24. Sept. e. a. non solum omnia antea obinota, et iam breuissimis a me indicata recessu quodam complexus fuit, sed etiam a cautionis praestatione Ppalen sumum vel ideo immunem esse asseruit, quia iis adeo in casibus, quibus cautione opus esset, de ipsius solum iudicati quantitate caueretur, non vero simul de expensis. Iuvat ipsa recessus verba huc transcribere. Demnach seine Principalschaft von der anmaßlichen Reconventionsklage plenarie absolviret worden, mithin es in soweit seine execution bedarf, noch der Fall vorhanden, wo in Befolg des F. N. N. zur Sicherstellung des iudicati von dem victorisirenden Theil eine caution erforderlich ist; so mag die jenseits anmaßlich interponirte Reuision die taxatorie Urtheil werden, als eines Theils die specificirte Unkosten die summam reuisionibilem lange nicht ausmachen, andern Theils selbst in dem Fall, wo sonst die caution erfordert wird, nach der bekantten praxi der punctus expensarum nie in consideration zu kommen pflegt, bittet taxatoriam. Cum reuidens Notarius die 3. Oct. e. a. summae reuisionibilis existentiam de nouo vrisset, nec sponte ad productam expensarum et sumtum commissionis designationem, quae decet, egisset; illud eidem per sententiam iniunctum fuit, quo posset Camera illarum intuitu, praeuia moderatione, et idonea cautione praeflita, executionem decernere. (conf. obl. seq. not c.) Sententia die 24. Aprilis 1760. hunc in finem publicata his verbis concepta fuit. In respectu entschiedener Sachen P. N. v. Adlerstein vxorio nomine und conf. wieder F. v. Weßel citat. ad vid. et audiend. castrari pacta dotalia et explicari testamentum maternum etc. nunc interp. reuif. Ist Not. F. auf vora brachte special Gewälter zu Ablegung des Reuisions-Eydes in nachfolgender Audienz; zugelassen, darauf ihme, um sich ad designationem expensarum et sumtum/commissionis [104] bis [110] jedoch daß D. Ruland diesertwegen von seinem Ppalen einen cautions-Schein sub hypothecca bonorum, so viel biez u von nöthen, zuferderst beybringe, vernehmen zu lassen, desgleichen ermettem D. R. glaubliche Anzeige zu thun, daß in conformitaet der am 13. Sept. 1758. erstmeyer Urtheil dem Beklagten sein Antheil Rauffschilling baar erlegt, oder demselben sein Antheil Pachtgeld nach wie vor geliefert und abgetragen worden sey, beyderschits Zeit 1 D. p. r. et p. v. N. w. präfigirt und angesetzt, mit dem Anhang, wo ein oder anderer deme also nicht nachkommen wird, daß alsdenn auf des gehorsamen Theils Anrufen ferner ergehen solle, was recht ist. Die etiam 27. Iunii 1760 Dr. R. cautionis instrumentum, vt ipsi iniunctum erat, obtulit, atque de nouo taxatoriam sententiam rogauit.



OBSERVATIO V

*Si contra sententiam, quae definit modo an reus aliquid debeat, non vero simul quid et quale illud sit? reuifio interponitur, eiusque formalia et fatalia bene se habent; illa admissa, ante omnia id agitur, vt adiudicati quantitas certa euadat. Quo facto cautio definitur simulque executio decernitur.*

Saepe animaduertimus reuidentes ad reuiforii iurisiurandi praestationem admitti, iisque iniungi, vt id, quod reuifionis remedio impugnata sententia praecipit, peragant antequam super oblatae cautionis sufficientia pronunciatum est. Rem obiter considerantibus hoc iuri aduersum videretur. Putant nempe tunc contra legem et receptum iudicii cameralis morem ante idoneam cautionem praestitam ad executionem procedi. At reuera a regula non receditur, et nihil plane est quod contra talem sententiam solide obuerti possit, ceu ex iis, quae iam disputabo, luculenter, vt spero, apparebit. Nemo est, qui ignoret, frequenter tales species in foro obuere, a) vbi in priori sententia pronuncitari solum potest, de rei obligatione actoris petitioni satisfaciendi, at soluendae summae quantitas, aut restituendarum rerum numerus atque bonitas per eandem non aequè extra dubium collocari potest, sed id ipsum demum per inuentarii iurataeue specificationis editionem, aut per liquidationes rationumque redditiones erui atque determinari debet. Si contra eiusmodi sententiam, quae definit solum an reus aliquid debeat, non vero quid et quantum hoc sit, remedium aliquod suspensiuum atque deuolutiuum interponitur; iudicem inferiorem non posse in sententia impugnata iniunctam inuentarii aut iuratae specificationis editionem, vel rationum redditionem exigere euident est. Nusquam enim LL. rqli appellationi effectum suspensiuum ademerunt. Accedit quod sententia a qua praecudicialem quaestionem contineat, et, si in appellationis instantia reformatoria forsàn pronunciatæ est, eaque rei iudicatae auctoritatem accepit; nec liquidatione nec rationum redditione amplius opus sit, adeoque facile contingere possit, vt iudex interim procedens frustraneum laborem peregrisse deprehendatur. Si appellatus non sine ratione meruit, ne testes intermorianent, aut alia vnam alteramue postulationem probandi media pereant; potest superiorem iudicem vel pro maturanda confirmatoria sententia implorare, vel, si haec statim concipi nequeat, petere, vt salua appellatione interposita inuentarii editio appellanti iniungatur, aut rationes interim examinentur. Cuiusmodi probationes amittendi periculum, quod appellatis ob promptum appellatorii iudicii exitum non nisi raro obseruatur, cum isto tempore, quo reuifiones sententiae executionem suspenderent, nec uisitationes annuae in vfu essent, reuifio semper immineret; R. D. b) discretis verbis victori



victori permittit, vt, interposita reuisione non attenda, imperatam inuentarii aut iuratae specificationis editionem ab aduersario exigeret, nec non coram camerali iudicio in puncto liquidationis pergeret, quo postea cameralis sententia a reuiforibus approbata statim sine vltiori mora per Cameram executioni demandari posset, nec victor, qui satis diu victoriae fructu carere debuerat, eodem diutius priuaretur, aut adeo, si post confirmatoriam demum sententiam a reuiforibus pronunciatam istae liquidationes institui et rationum redditiones fieri debuissent, ob probandi media interim amissa iure suo vel in totum vel pro parte excideret. Porro cum teste visitationum historia perpauca extant a reuiforibus contra etiam sententiarum exempla; vix verendum erat, ne determinando iudicato a Camera impensus labor irritus esset. Cessabat itaque in reuisione haut postrema ratio, ob quam appellatione pendente aliis iudicibus permitti non posse dixi, vt in liquidatione et rationum redditione appellatione pendente pergant. Cum hodie reuisiones effectu suspensiuo haut amplius gaudeant; per se patet, has liquidationes et rationum redditiones reuisione non obstante statim in Camera, vel pro re nata coram comissariis non modo institui, verum etiam id, quod victus victori debere tunc deprehenditur, erga cautionem solui oportere. Vt autem ante editum inuentarium, vel ante rationes discussas, aut actoris postulationes ad liquidum perductas super cautionis sufficientia iudicetur, id vel ideo fieri nequit, quia reuiforia cautio, illi, quod reuidens reuifio praestare cogitur, exacte respondere debet, (infra obs. 8.) antequam vero inuentarium exhibitum, vel iurata specificatio edita est, aut victor postulationes suas ad liquidum perduxit, aut denique rationum examen factum est, ipsum executionis obiectum adhuc in incerto est, adeoque nemo iudicare potest an cautio eidem conueniat nec ne? Si autem vno alteroue horum modorum iudicati quantitas certa facta est, et supremum Camerae iudicium, partibus, quantum satis est, desuper auditis, sententiam protulit, eaque viribus rei iudicatae posita est; tunc demum res eo deuenit, vt executio peragi queat. Et in illa peragenda, vt circa initium iam dixi, Camera imperialis a consueta forma ne digitum quidem discedit. Perpendit enim ante omnia an adlata cautio sufficiat nec ne? et, si nihil refragetur, in eadem sententia, quae cautionem idoneam declarat, vel paritoriam ad sententiam vel ipsum mandatum de exequendo simul emitit. (§. 37.) Neutiquam igitur hisce casibus, prout obiter rem considerantibus forsitan videretur, ante punctum cautionis decisum ad executionem ipsam proceditur. Quae sententia impugnata fieri iubet, et iam, puncto cautionis nondum deciso, peragenda sunt, spectant solum ad executionis praeparatoria, actus autem executiui ipsi vocari nequeunt, dum, vt saepius iam dictum est, isti actus omnes eo solum tendunt, vt sententia per omnia fiat certa, et deinde executio fieri queat. Vt reuisionis admissoria sententia vsque ad factam iudicati et cautionis determinationem differatur, id vel ideo fieri nequit, quia



quia Camerae imperialis aeque ac reuifi haur parum interest, per reuiforii iurifurandi praestationem friuolum reuifionis vsum, quoad per humanam prouidentiam fieri potest, praecaueri. c)

a) Fit hoc praecipue instituta hereditatis petitione, actione pro socio, actione quadam generali etc.

b) R. D. de 1600. §. 144. (C. O. C. III. 63. §. 5.)

c) Recentior Camerae imperialis praxis plura exempla suggerit, quae in §pho disputata confirmant atque illustrant. Sic reuifionis contra sententiam inuentarii aut iuratae specificationis editionem imperantem interpositae exemplum extitit in causa viduae de *Wenge* contra de *Vogel* app. quod iam attulit perill. L. B. de *Cramer* l. a. T. II. P. II. obs. DCCXIX. p. 326. sqq. Cum in ista causa perill. senatus ante inuentarii vel iuratae specificationis editionem hereditatis restituendae vires adhuc nesciret, adeoque nec diiudicare villo modo posset, an cautio, etiamsi nihil circa bonorum hypothecae subiciendorum qualitatem monendum fuisset, hereditari equalis esset nec ne? multo minus executionem ipsam peragere; die 24. Ian. 1727. paritoria ad sententiam pronunciabatur, eaque iniungebatur, vt per impugnatam sententiam imperata inuentarii vel iuratae specificationis editio intra duos menses fieret, cautione adlata nondum pro idonea declarata, sed, eiusdem intuitui, quia illam nimis vagam esse apertum erat, hac clausula circa finem annexa: *Dann solle Et. Deuren eine eigentliche specification deren generaler zu Unterpfand gesetzten Gütern samt deren Werth in glaubwürdiger Form in jetztberührter Zeit (nempe 2. D) ad acta legen. Ne de aliarum praetensionum liquidatione, reuifione non obstante, ante adlatam cautionem pro idonea declaratam, iniuncta et peracta exemplum desit, sententiae die 31. Maii anno 1748. in causa Schlenacken contra von der Couben app. latae, et a me iam (§. 29. not. c) p. 39.) alia occasione commemoratae ipsa huc spectantia verba finalia apponam. In Sachen Schessen und ganzen Gemeinde zu Schlenacken wieder weil: Dieterich hernach Werner von Couben jeso dessen Wittib als Vormünderin ihrer Kinder armer Parthey app. et restitit. I. I. de causae nunc in puncto reuifionis isti --- gegen diesen Punkt die eingeführte Reuifion, und Not Heller kraft von seinen Principalen und aduocato causae [137] vorgebrachter special Geswalter zu Ablegung des Reuifions Eydes zugelassen, indessen jedoch die liquidations-commission, daß sie in conformiact der am 24. Febr. jüngsthin erdnueten Urthel, mit der ihr aufgegebenen liquidation, der Reuifion ohne Nachtheil, und mit Vorbehalt der richtig zu stellenden caution, schleunig verfahren solle, verordnet und befohlen. Eodem plane modo proceditur quoque intuitu impensarum, quarum refusionem sententia ab actione vel reconuentione absolutoria imperat. Reuidens enim ante omnia iubendus est, ad expensarum designationem, ea quae decet agere. Quo facto taxatoria sententia fertur in eaque simul cautio, si nullis vitis laborat, vt sufficiens acceptatur et executio in consueto tramite decernitur. Alius ordo obseruari nequit. Antequam enim reuidens super expensarum specificatione auditus est, et res eum in statum deuenit, vt taxatoria concipi possit, super cautionis et magnitudine et securitate iudicari plane non potest, quia expensarum quantitas, adeoque et hoc ignoratur quo vsque de iisdem praestanda cautio se extendere debeat. Conf. obs. antec. ibique adductum praecidium.*

## OBSERVATIO VI

*Duorum mensum terminus ad inferenda scripta super cautionis sufficientia per R. I. N. §. 124. concessus a Camera tam coarctari quam prorogari potest.*

§. I.



## §. I.

*Plerumque de hoc termino nullum inter reuidentem et reuifum certamen est.*

**I**ndubitati iuris est, iudicem debere eum, cui cautio praestanda est, de eiusdem qualitate audire, et, si is vitiosam esse tunc asserit, partibus desuper disputandi campum aperire. *a)* Si vero iudicii ordinatio aut iudex certum tempus ad mentem super cautione declarandam praefiniuit, nec intra illud, quid in adlata cautione desideretur, distincte exponitur, nec legitimis impedimentis adlegatis longior terminus efflagitur; iudicium omnino potest cautionem pro idonea accipere, et, ut in eadem acquiescat, imperare. *b)* Videtur enim secure reddendus, dum nihil adducit, unde cautio inidonea iuste arguatur, eandem approbasse. *c)* Nulla quoque apparet ratio, quare is, qui contra adlatam cautionem nihil in termino praefinito monuit, antea comminata praclusi poena adfici nequeat. Nihil certe in foro frequentius fit, quam ut intra terminum praescriptum proponenda non proponentibus haec poena diceretur. Facile nunc intelligetur, quare supremum Camerae tribunal reuisionem cautionem e. o. pro sufficiente acceptare non soleat, sed potius permittat reuidenti, ut, quae monere vult, non modo per recessus orales indicet, sed etiam scripto quodam comprehendat. Ne autem reuidentes executionis differendae gratia in proponendis hisce suis monitis nimias moras neſtere possint, sed terminus aliquis sit, intra quem ista scripta ab utraque parte producantur sicut in causis ordinariis, quippe in quibus pro processibus supplicantes termini legalis praefixionem petere debent, quo fiant et continentur quasi ipso iure mutuae disceprationes iudicariae; *d)* R. I. N. §. 124. ad inferenda haec super cautione scripta duos menses praefiniuit a die producti et communicati cautionis instrumenti computandos. *e)* Regulariter circa hunc terminum nulla in foro existit controuersia. Solent enim Notarii reuidentes statim, ac post productum cautionis instrumentum ipsos ordo tangit, vel cautionis vitia summam veluti per iudicem indicare, vltiorem eorumdem deductionem in scriptis sibi referuantes, vel quoque sine orali vitiorum enarratione praecua quaelibet competentia sibi integra seruare. Vtrotque casu ante duorum mensium lapsum referuatae cautionis insufficientis exceptiones vt plurimum producantur, de hoc termino eiusque obseruatione omni discepratione cessante. Non minus saepissime accidit, vt reuidentes per varias artes *f)* hunc terminum dilatare studeant. Si tunc ex parte reuifi nulla sequitur contradictio, vel quia negligens existit huius procurator, vel quia Ppalis non magnopere interest, executionem maturari; hic duorum mensium terminus pro more et stylo camerale aequae ac alii termini *g)* non stricto seruatur, sed satis longum temporis spatium interdum abit, antequam exceptiones afferuntur, *h)* at, ceu omnes vident, non Camerae sed ipsius reuifi culpa. *i)* Hoc igitur casu pariter omnis de obseruatione termini nostri discepratio cessat. Interim non plane deficiunt casus, quibus de hoc termino vehementer disputatur. Conabor iam breuiter, ac si potero, plane et perspicue de iisdem mentem meam declarare.

§. 2.



## §. 2.

*Interdum vero de eo disputatur utrum possit coarctari*

Accidit haut raro ut reuisi ob indigentiam, damnum ex mora mettuendum, aliam-ue similem rationem magnopere optent, ut id, quod ipsis per sententiam adiudicatum est, quam primum fieri potest, praestetur. Solent igitur hasce circumstantias suis pingere coloribus, ac postquam iis ipsis ex rationibus reuisionis inadmissibilitatem deducere conati sunt, ex superfluo, ut loquuntur, cautionis instrumentum adferre, ut cito mandatum de exeq. decernatur, instantissime rogantes. Quaestio itaque enascitur: an supremum Camerae tribunal deprehendens, aequum esse, ut ob vnam alteramue modo adlegatam rationem vel aliam similem *k)* victori statim succurratur, possit ad impugnamdum cautionis adlatae idoneitatem breuiorem vnus v. c. mensis terminum sub praedictio seruandum praestituere, adeoque terminum legis coarctare, quo possit statim sine mora, eodem elapso, vel perpenis reuidentis monitis, vel iisdem praecclusis, super cautione pronunciari atque executio peragi? Nullam pu- to adaequatam afferri posse rationem, ob quam augustissimo tribunali haec potestas negetur. Cum potius iura generatim cuilibet iudici potestatem largiantur, ordinem edictorum moderandi et in compendium redigendi, quando id aequum et iustum esse putat; *l)* certe supremo camerali iudicio ob iustas eiusmodi causas, quarum modo mentio facta est, potestatis illius exercitium generatim nemo in dubium vocabit. Cui generali argumento ut iuris cameralis analogia repugnet tantum abest, ut potius idem illud suffulciat. Terminus enim legalis id est ad agendum in iudicio praefixus (not. d) potest pro ratione distantiae loci et causae moram non ferentis aliarumque circumstantiarum omnino angustior concedi, quam alias in regula esse solet. *m)* Camera hanc potestatem actu etiam exercere, praxis quotidiana comprobat. Iam autem hoc duorum mensium spatium in R. I. N. h. a. ad scripta in puncto cautionis inferenda indulum omnes omnino iuris cameralis periti pro termini legalis specie agnoscunt, et in praxi illud quotidie hoc nomine appellatur. Caret igitur dubio omni, quod id, quod supremo camerali iudicio generatim circa terminum legalem licet, hoc eidem circa praefens duorum mensium spatium tanquam termini legalis speciem pariter permissum sit, adeoque iubere illud possit, ut reuidentis, quae contra cautionem moneri posse credit, breuiorem intra terminum proponat, quam qualis alias, deficiente tali ratione celeritatem suadente, hunc in finem indulgetur. Si per R. I. N. supremo tribunali terminum hunc abbreviandi facultatem tacite denegatam esse diceres; hoc ineptum inde sequeretur, quod cellissimum iudicium tunc non posset miserorum calamitati cito finem conciliare, aut forsan irreparabile praedictio ab iisdem auertere. Alia tanquam manifesta breuitatis studio iam non commemoro. Tandem maximum hisce argumentis pondus ipsa

C

praxis



praxis conciliat, quippe quae suggerit praecidia, quibus eminentissimum archidicasterium hac ex iure communi et legum cameralium analogia sibi competente potestate uti non dubitauit. n)

§. 3.

aut prorogari?

Iam alteram considerabo controuersiam, quae super hoc termino interdum existit. Saepius impediuntur reuidentes citra culpam suam, quo minus scriptum, quo cautionis vitia ob oculos ponere student, intra 60 dies per R. I. N. ad id praefixos producere possint, ideoque, istis impedimentis quodammodo demonstratis, adhuc alium quemdam, vnus plerumque mensis, terminum expectunt. o) Reuisi solent vltimum tali petitioni tanquam illegitimae contradicere, istum terminum praecise seruandum esse et prorogationem omnem respuere contententes. Quaestio huius decisa ex iis, quae §pho antec. de termini legalis natura disputata sunt, prono fluit aluo. Ea nempe est terminorum legalium natura ut omnino a iudice iustus de causis non modo coarctari, sed quoque extendi possint, (not. m) In propatulo igitur est, non impediri Cameram, quominus duobus hifce mensibus iam praeterlapsis, siue notoriis impedimentis allegatis, siue non notoriis aliquatenus demonstratis, adhuc alium breuiorem vnus v. c. mensis terminum extra ordinem indulgeat. Ad quam meam sententiam firmandam facit et hoc, quod circa leges magnam aliquam poenam dictantes, in dubio, si praesens species dubia vocari posset, mitior sententia amplectenda sit. Quod autem reuidentis cautionis insufficientiam deducendi potestate priuatus possit interdum ingens damnum perferre, adeoque haec poena iure meritoque grauissima vocari queat, de eo vix quisquam dubitabit. Potest enim facile euenire, ut cautio reuera magno quodam vitio laboret, adeoque reuidentis, correctae a reuiforibus forsitan sententia, parum vel nihil de eo iterum consequatur, quod iam reuifso praestare debet. Debemus itaque hanc poenam durissimam non nisi dolose ac solo executionem remorandi animo agenda non agenti applicare, ac ubi saltem non cuiuslibet insipienti parer, cautionem oblatam inidoneam esse. Quod enim si vnicique in oculos incurrit et ingentis pretii est litis obiectum; aequitas sane suadet, ut exceptiones non statim praeccludantur, sed adhuc alius breuissimus 30 dierum terminus praefiniatur. Tandem haec ipsa sententia praesumptae LLtorum voluntati optime conuenite videtur. Certè, si reuidentem effluxis 2 mensibus nunquam amplius audiri voluissent; poenam praecclusi disertis verbis adieccissent. Omnes enim atque singulas alias in reuisione metuendas poenas satis clare et perspicue determinarunt. Postremo non sine summa voluptate addo, quod supremum camerale iudicium modo stabilita principia in iudicando sequatur. Si itaque serupulus aliquis Beneuololo Lectori adhuc restat, eundem, ut spero, recentior imperialis camerae praxis genitus eximet atque euellet. p)

a) Mev.



a) *Mev.* P. VI. dec. 124. Add. *Idem* P. III. dec. III. b) *Idem* P. VI. dec. 124.

c) *Idem* l. a. n. 6. 7. et 8. d) ill. *Pütter* l. a. §. 686. n. 1. p. 465.

e) Id ipsum non quidem lege simul expressum est; at ex ipsa praxeos cameratis indole prono sicut alio et in praxi ipsa indubium est. Statim enim ac vtrumque hoc factum est, quippe quod secundum nouissimam Camerae imperialis praxin, prout circa producta quaeuis alia, simul fit; ill. *Pütter* l. a. §. 665. p. 445. reuidens deliberare potest, quibus exceptionibus uti velit, adeoque acquitati nihil magis conuenit, quam ut ab isto die horum duorum mensium computatio inchoetur.

f) Laxiorem terminum impetraturi vtplurimum praetendunt, cautionis instrumentum non esse, ut R. I. N. §. 124. exigit, secum communicatum, vel communicationem factam viciosam fuisse, petentes, ut non modo iniungatur alia legitima instrumenti cautionis communicatio, sed quaeque ut terminus legis ab ista adhuc perficienda legali communicatione demum computetur. Faustum hoc est v. gr. in *Sachen von Adersheim contra von Wegel*, cuius iam supra obl. 4. nota) mentione iniecla est. In ista causa die 27. Junii 1760. cautionis instrumentum productum est. Die 7. Iulii e. a. Not. F. indicauit documentum cautionis ex praescripto R. I. N. §. 124. secum communicatum esse, ideoque petiit, ut terminus legis a die communicationis legaliter faciendae demum inciperet. Cum idem Notarius die 27. Oct. e. a. hunc suum recessum die 7. Iulii repetere non posset, reuisi procurator ex superfluo statim eodem adhuc die Notario aliam documentum cautionis copiam tradi curauit, idque die 17. Nou. e. a. per recessum indicauit. Quam secundam communicationem iterum quidem impugnavit Notarius, dicens subscriptionem deficere, adeoque scire se non posse, quoniam cautionem praestare vellet; at euentualiter sibi reseruauit exceptiones, casque tandem die 23. Februar. 1761. actualiter produxit.

g) ill. *Pütter* l. a. §. 704. p. 476. seq. h) vide v. c. praecidium not. f) antec. productum.

i) Si enim reuisi prouidus est, et veget, ut intra duos menses ad cautionem agatur, quod decet, et modo consueto, quem ill. *Pütter* l. a. descripsit, reuidentis conatus, hunc terminum in infinitum extendendi, se opponit; tunc perill. senatus vel arctiorem sub praecidio terminum praestituet, vel legitimis impedimentis deficientibus ac calumnia apparente reuidenti pro re nata statim forsitan poenam praecius applicabit. Conf. not. p) huius obl.

k) Si recte video; pro regula forsitan adsumi potest, quod illae causae omnes huc referendae sint, in quibus iuris communis atque praxeos auctoritate appellationes quoad effectum deuolutium modo tolerantur v. g. causae alimentorum futurorum egeno subministrandorum.

l) L. fin. C. de dilat. *Mev.* P. III. dec. 276. n. 4.

m) Decr. commune de 13 Dec. 1659. §. 4. de *Ludolf* l. a. S. 2. §. 1. n. 19. p. 245. L. B. de *Cramer* obl. CLV.

n) Tale exemplum attulit L. B. de *Cramer* l. a. T. II. P. II. obl. DCCXII. p. 317. seq. cuius summam tribus verbis exhibebo. Cum in causa *Glafer* contra *Hamburgische Regierung* appellationis D. *Roland* primum per recessum die 12 Oct. 1759. moneret, sententiam a qua esse prouisionalem, aduersarii spolia et attentata coercere, atque Principalem suum eo, quod ipsi adiudicatum esset, ad suam suorumque vitam sustentandam indigere, adeoque proprie reuisionem non admittendam esse, nec non die 5 Nou. e. a. ex superfluo, ut dicebat, cautionis instrumentum produceret; statim postea pronunciabatur: — Ist D. R. sein bes. mandati de exeq. halber beschehen Begehren noch 3. abgeschlagen, sondern Notario Colbre sich auf den durch gedachten Dr. X. [44] übergebenen cautions-Schein vernehmen zu lassen, seit 1 7 sub praecidio angesetzt.

o) Nulla intra terminum prorogatione petita, si a casu cautionis manifeste insufficientissimae forsitan discesseris, poena praecius vix curari poterit, quia terminus legalis omnis est praecius.



iudicialis, adeoque eodem elapso nec prorogatione obtenta in contumaciam proceditur. *de Ludolf* l. a. p. 245. At omnes, qui in praxi camerali non prorsus peregrini atque hospites sunt, vel me non monente sciunt, talem speciem vix existere. Solent enim Procuratores scripta producenda aliunde expectantes circa finem termini indicere, quod scripti producendi transmissionem per litteras postularint at ob ingentia sine dubio impedimenta illud nondum acceperint, rogantes vt ipsis eiusdem productio adhuc post terminum integra maneat.

p) In causa *Seelbach* contra *Wied-Runsfel*, cuius obs 10. alio respectu mentionem in inciam, *Ltus Weylach* die 14 Aprilis 1760. cautionis instrumentum nomine abbatae ad S. Mathiam, quae non longe a Treuiris est, produxit simulque indicauit, se Notario reuidenti eiusdem copiam tradi curasse, annexo petito consueto pro mandato de exequendo quam primum pronunciando. Notarius reuidens referuatis exceptiones intra duos menses non produxit, sed ob motus bellicos easdem conferibi non potuisse asseruit, summi archidiaconus arbitrio modeste submittere, quae aequum et iustum esset, vt tali casu Principalibus suis terminus legis non cerneret. Contra haec *Ltus Weylach* die 9 Jul. 1760 monuit, ad cautionem adlatam praecise intra duos menses agendum esse, nec hunc terminum legis prorogari posse, adeoque ob terminum a die 14 Aprilis, tanquam die cautionis instrumenti producti, computandum, iam die 13 Junii elapsam, exceptionum productionem non amplius integram esse. Cum Notarius diuersis vicibus repetisset curam de pabulo ad Christianissimi Regis exercitum transportando Principales suos adeo occupare, vt de litibus plane cogitare non possent, et vnumquemque Wetzlariae commorantem quotidie videre immensum eo proficiscentium indeque reuertentium curruum numerum, et *Ltus Weylach* petitionis tenoris: praemisso rubro: appellat. decisio nunc execut et interpositae reuisionis *Ist Notario Faber, was er auf den durch Et Weylach producirten cautions-Schein zu handeln vermeinet Zeit eines Monats zugelassen, und sub praedicio angesetzt.* Exceptionibus intra hunc terminum productis reuisionem et cautionem admissam fuisse ipsa sententiae infra l. a. adscripta verba luculenter docent.

## OBSERVATIO VII

*Camera imperialis potest pro re nata ab vnaquaque parte plus quam vnicum scriptum super cautione recipere.*

Quae in R. I. N. l. a. de scriptorum in puncto cautionis producendorum numero verba immediate antecedentia faciunt, non minus frequenter disputationi ansam praebent. Si nempe reuidens illud scriptum, quo reuisionem cautionem contra reuidentis impugnationes defendere studet, iterum alio quodam scripto refellere vult, eiusque productionem vel sibi referuat modo, vel illud actualiter sine statim in iudicio, siue, quod praxi camerali magis conuenit, a) et, prout infra not. f) docebitur, hic etiam egregiam plane utilitatem praestat, prius per supplicam extrajudicialiter exhibet ac deinde cum inscripto decreto in audientia producit; reuisi praefinitum scriptorum numerum completum esse, eundemque vi huius sphi excedi non posse contendunt. Reuidentes autem omnia alia statuunt, et, vt in iudicando huius scripti ratio habeatur, rogant. Iam si ex me quaecumque vtra sententia iuris rationibus mihi magis conuenire videat-



videatur; ingenue fatebor, mea quidem sententia, camerali iudicio omnino integrum esse, si aequitas et iustitia mouet, ab vnaquaque parte plus quam vnicum scriptum recipere. Ad quam meam sententiam probandam plurimum facere videtur, si ante omnia legem ipsam paucis explicauero. Manifeste sane intelligitur ex iis, quae immediate praecedunt, quod LLatores illo de casu loquantur, vbi partes de cautionis sufficientia in Camera iam disceptarunt, et in pluribus momentis, sine quibus de cautionis idoneitate iudicium ferri nequit, sibi contradicunt. Si supremum iudicium tunc animaduertit, ex vltiori partium disputatione punctum hunc vel plane non, vel post magnam demum moram ita instrui posse, vt sententia super eodem proferri queat; in lege nostra summo tribunali potestas conceditur, vel circulatorum directoribus, vel iudici domicilii aut rei sitae, vel denique commissariis iniungendi, vt in earum circumstantiarum, quas certo scire oportet, veritatem inquirant, et informationem sibi transmittant. (§. 35. p. 51.) Varias possunt esse rationes quae suadent, vt sicut alias contra informationem supplicans siue e. o. siue ad instantiam audiat; b) ita et hic partes, vel quia hoc speciatim rogant, vel quia iudicium supremum ipsum hoc aequum esse iudicat, adhuc audiantur, antequam punctus cautionis per sententiam terminetur. Eoque beneficio vt partes hoc quoque casu pro re nata fruantur, LLatores h. a. prospiciunt, ea vero restrictione et prohibitione addita, ne a quacunque parte plus quam vnicum scriptum recipiatur. Aequissima est haec limitatio et in ipsa rei natura optime fundata. Quis enim credat, adhuc aliquid noui in facto superesse, si litigatorum vnusquisque primum in Camera scriptum exhibuit, si deinde coram iudice loci vel rei sitae, aut commissario, antequam relatio ad Cameram conscripta est, vel ore tenus vel in scriptis necessaria monere licuit, ac si tandem iterum in Camera vnici scripti productio permessa fuit? Noua autem facta vbi deficiunt, ibi vltiores disceptationes non indulgendas esse, omnes isti vno ore fatentur. c) Sapientissime igitur LLatores in infinitum procedentibus scriptorum exhibitionibus ac reuidentis executionem remorandi conatui hoc modo obicem posuerunt. Quamuis itaque R. I. N. L. a. casum alterum, vbi nec a iudice rei sitae aut domicilii vel circulatorum directoribus informatio exigitur, nec commissio decernitur, expressis verbis non comprehendat; haur inepte tamen vsus fori legem de hac quoque specie intelligit. Quae vsualis interpretatio hoc efficit vt regulariter statim ac quaecunque pars vnum modo scriptum produxit, nec reuidens, vt aliud adhuc admitteretur rogauit, super cautione pronunciarum soleat. Quid autem si reuidens postulat, vt vterioris scripti d) productio sibi permittatur? An praecibus eius locus dandus, vel, iisdem repudiatis, confestim in puncto cautionis decernendum erit, quod iuri conuenit? Haec est illa species, quam hac obseruatione expendere decreui, et de qua his praemissis facile, vt spero, iudicari poterit. Vident enim omnes vel me non monente, magnam esse vtriusque casus varietatem, adeoque non posse ad posterum



posteriorem indistincte ac crude applicari, quod de priori dispositum esse modo dixi. Potest sane multo facilius accidere ut reuidens, qui vnicum modo scriptum attulit, noua facta adhuc in promptu habeat, quam cui, ut modo ostensum est, saepius necessaria proferendi occasio fuit. Quamobrem debeat iudex iam exhibita duo scripta attente perlegere atque sollicito inquirere, an adhuc supersint nonnulla facta ad decisionem facientia, in quibus partes discrepant. Non minus dispiciet iudex, an nouum reuidentis scriptum illa sciri necessaria facta in clariori luce collocet? Nam si duo scripta in incerto relinquunt facta, quorum veritatem vel falsitatem iudex certo scire debet, et secundum reuidentis productum ad eadem illustranda aliquid adiumenti adfert; aequitatis et iuris ratio postulat, ut illud admittatur, cum vulgati iuris sit, quod, ubi factum nondum plene liquet, non pronuntiandum sit, etsi completo vsitato positionum numero, sed potius supernumerarii scripti productio indulgeri debeat. Quam arbitrandi potestatem iura generatim cuiuslibet iudici largiuntur, et, ubi non disertis verbis adimunt, eo magis integram relinquere videntur, quo certius est, quod ob casuum, qui existere possunt, varietatem sine ingenti partium praediuicio generalis eiusmodi prohibitio omne iudicis arbitrium excludens vix fieri queat. Iam autem nec in hac nec alia quadam lege hanc arbitrandi potestatem quoad cautionis punctum camerali iudicio ademptam esse inuenio. Poterit igitur sine dubio supernumerarii archidicasterium, si veritatis indagatio et reuidentis defensio suadet, huic supernumerarii cuiusdam scripti productionem permittere, ad quod reuisum, vel singulari producto vel recessu tantum respondere posse per se patet. Damnandum multorum iudiciorum morem, quo toleratur indistincte super omnibus omnino punctis incidentibus alternis positionibus disputari, e) eorumque in scriptis supernumerariis admittendis facilitatem non imitandam esse certum est, et de celsissimo hoc iudicio vix quisquam praesumat. Quamobrem si facta nonnulla ad decisionem spectantia sunt quidem adhuc dubia; at scriptum supernumerarium per supplicam more solito extrajudicialiter f) exhibitum istas incertitudines non tollit; per ill. senatus illud certissime non ad iudicium remittet, sed vel specificae per sententiam praescribet, quid reuisus docere debeat, vel vno alteroue commemoratorum modorum, qui eidem videri optimus esse, ad veritatem detegendam tendet. Reuera tunc enim adest illa species, qua oblata LLatores, ceu modo audiuius, Camerae imperiali potestatem dederunt ut litis promouendae gratia, imposito partibus silentio aliam eligeret viam, quae prius faciliusque ad veritatem perduceret. Si post declarationem subssecutam vel relationem acceptam partes adhuc audiri aequum tribunali videntur; tunc ex praescripto R. I. N. vnicuique parti vnicum scriptum producendi veniam dabit. g)

a) ill. Pütter 1. a. §. 707. p. 478.

b) Idem 1. a. §. 198. p. 138.

c) b. de Ludolf 1. a. Sect. 2. §. 4. n. 21. p. 279.

d) Per



d) Per se patet, de illa solum specie militi hoc loco sermonem esse, quando super ~~uno~~ eodemque cautionis instrumento pluribus scriptis disputari vult. Si enim reuifus siue sponte post oppositas exceptiones, siue per sententiam iussus nouum cautionis documentum adfert; super eodem duobus adhuc scriptis disceptari posse euidentis est, quamuis super priori cautionis instrumento iam duo scripta producta sint. Sententiae huius rationes tam euidentes sunt, vt easdem iam deducere vix opus sit. Certissimi nempe iuris est, super puncto quodam de nouo emergente partes semper, quamuis completo positionum numero consueto, vterius audiendas esse. Deinde iura volunt, vt reuidentis exceptiones contra cautionem audiantur, et a iudice sub examen vocentur. (obl. 6.) Quod hoc fiat, si ad prius modo cautionis instrumentum responsio conceditur, posterioris autem forsitan aequae vitiosi defectus ob oculos ponendi potestas denegatur, id aequorum aestimator vix statuet. Alia argumenta, quod v. c. reuifus tali modo posset primo loco plane insufficientem cautionem adferre, et secundo loco meliorem quidem, at reuera non satis idoneam, adeoque ab eiusdem arbitrio penderet, vtrum velit leges saluberrimas cautionis praestationem iniungentes eludere, breuitatis studio iam non commemoro, maxime cum haec species, quoad scio, nunquam in iudicio controuersiam excitauerit. Innotuerunt mihi potius plura exempla, vbi noua cautionis instrumenta producta, deque eorumdem qualitate nemine contradicente duabus iterum positionibus certatum fuit. Sic in causa *Baar* contra *Württemberg*, cuius sequens obf. mentionem incipit, de singulo cautionis instrumento nemine dubitante duobus productis disceptatum fuit.

e) L. B. de *Werner* P. X. obl. 268.

f) Inde intelligitur, quod mos iste in Camera receptus, supernumerarium scriptum prius extrajudicialiter exhibendi, tanquam maxime vtilis et necessarius, nec in scriptis supernumerariis super cautionis puncto producendis vlla ratione negligi possit.

g) Nec principia a me defensa vsus deserit. Recordor causae cuiusdam in qua Notarius *Heller* septuplicam produxit, et sine dubio de cautionis validitate adhuc vterius disputatum fuisset, nisi sententia cautionis admittoria interuenisset. Rubrum causae atque dies, quibus scripta producta et sententia publicata, iam indicare nequeo, quia schedulam, in qua ista annotaue-ram inuenire nequeo, eamque casu amissam esse credo, nec temporis breuitas defectum supplere permittit.

## OBSERVATIO VIII

### *Reuiforiae cautionis indoles latius explicatur.*

#### §. I.

*Cautio reuiforia est species cautionis de iudicato soluendo.*

Cum reuiforiae cautionis finis sit, vt victus cum in casum, si cameralem sententiam a reuiforio iudicio aliquando retractari contingat, de eo, quod iam victori praestare cogitur, iterum consequendo securus fiat; facile intelligitur, eandem illius cautionis speciem esse, quam vulgo de iudicato soluendo aut iudicatum solui vocant. Quae quidem cautio ab aliis in iudicio frequenter occurrentibus cautionum speciebus ob multo maius per eandem auertendum periculum multis in capitibus mirandum in modum differt. Operae pretium est, iam discrimina ista sigillatim recensere.

#### §. 2.



## §. 2.

*Cautio de soluendo iudicatis praestanda est etiam ab immobilium possessore per specialem bonorum siue omnium, siue singulorum quorundam obligationem.*

Primum nostra de soluendis iudicatis cautio ab aliis cautionum generibus in eo differt, quod immobilium bonorum possessores ab eiusdem praestatione immunes non sint, *a)* sed eisdem oporteat siue sufficientem pecuniae quantitatem, siue pignora satis magnum pretium habentia deponere, aut immobilia sua bona speciatim obligare. *b)* In eo solum melior est opulenti immobilium possessoris conditio, quod generalis omnium bonorum obligatio ab eodem recipiatur, nec opus habeat singularem aliquam rem speciali nexu ita inuoluere, ut liberam de illa disponendi facultatem amittat. *c)* Quod autem si non constat, aut eminent adeo inopiae argumenta; in generali hypotheca iudex acquiescere non potest, sed debet secure reddendo de speciali hypotheca prospicere, quippe quae multo arctius stringit generali, dum omnem omnino alienationem impedit, vel non nisi saluo nexu valere efficit. *d)* Siue nunc generalem siue specialem hypothecam constituat bonorum immobilium possessor, sufficit quidem utroque casu secundum iuris communis principia, eundem priuatim, sine auctoritatis iudicialis interuentu *e)* instrumentum aliquod conscribere; *f)* at nudam promissoriam cautionem hoc vocare nullo modo potes. Talis enim immobilium possessor in eiusmodi extrajudicialiter conscripto documento non nudis verbis futuro iudicatis se satisfacturum esse promittit, sed clausulam oppignorationis siue omnium bonorum, siue singulae cuiusdam rei addit.

## §. 3.

*Si haec cautio per specialem hypothecam constitui debet; ut cauens de rebus suis libere disponere possit, ac, ut bona obliganda liberae eiusdem dispositioni relicta sint, requiritur.*

Si nihil obstat ne iudex cauentem ad generalem omnium bonorum cautionem admittat; (§ antec.) scrupulosissima inquisitione superfedere potest, quae, ut mox dicitur, tunc necessario praecedere debet, si specialis hypotheca necessaria est. In promptu est diuersitatis ratio. Generali omnium bonorum cautione praestita; secure reddendus abundantissimam securitatem habet, dum vel vnicum forsitan cauentis praedium adiudicatam rem vel quantitatem multum longaque superat et eam habet naturam, ut speciali hypothecae, si eius constitutio necessaria esset, subiici possit. Tale igitur praedium cautionem postulans ob liberam, quam habet, electionem et variationem, *g)* aliquando pro executionis obiecto eligat. At, ubi specialis quaedam res obliganda venit, ibi cessat non modo superabundans ista securitas; (§.2.) verum etiam de eo ne quidem statim plene ac legitime constar, utrum cautio adlata tanquam satis magna et idonea recipi possit. Saepius enim magnam speciem prae se ferunt hypothecae, quae, si accuratius considerantur, satis magnae et idoneae nequaquam sunt,



sunt, sicut altera ex parte non minus frequenter euenit, vt, quae primo intuitu dubiae videntur, deinde, causae cognitione instituta, nihilominus vel simpliciter, vel saltem aliquo adhuc praestito, admitti possint. Tandem vel contra optimas hypothecas alterum vexandi gratia friuolae exceptiones proponuntur, quas, vt iam obseruatum est, (obf. 6. §. 1.) non plane posthabere licet. Quae omnia iunctim sumta necessario sane efflagitant, vt iudex ante omnia in rerum speciali pignoris nexu afficiendorum pretium aliasque qualitates earundem alienationi forsan obstantes inquirat, et tunc demum de cautione admittenda vel repudianda statuatur. In quo praemittendo examine iudex, detecto rei hypothecae subiiciendae pretio, ad id primum attendere debet, vtrum cauens liberam habeat alienandi potestatem, *h*) et an de iis, bonis, quae pignoris nexu obstringere vult, libere disponere queat, *i*) vel an lex siue testamentum *k*) eius disponendi facultatem restringat. *l*) Sic notissimum est, quod LL. marito interdicit, ne dotalem rem immobilem taxationis causa aestimato datam vel consentiente vxore alienet aut oppignoret. *m*) Item LL. rerum peculiarum nec non fundorum ad pupillos minoreseue pertinentium alienationem et oppignorationem improbant. *n*) Cum ad ecclesias minorum iura et priuilegia translata sint, *o*) et reuera publicae salutis ratio non permittat, *p*) vt ad rerum ecclesiasticarum alienationem facile deueniatur; mirum non est, quod foundationum ecclesiasticarum capita, quacunquē demum dignitate ecclesiastica praefulgeant, tanquam nudi ecclesiasticorum bonorum administratores, procuratores et oeconomi *q*) sola alienationem valide suscipere nequeant. *r*) Tandem hoc loco commemoranda sunt *s*) bona stemmatica, siue incongruo nomine appellata fideicommissa familiae, *t*) quorum possessores praesentes libera de iisdem disponendi potestate destituuntur. *u*)

## S. 4.

*Quam potestatem si cauens non habet; accurately obseruandae sunt solemitates, quibus adhibitis, istarum rerum alienatio subsistit.*

Omnium rerum modo commemoratarum alienationem LL. praecipue ob tertii interesse, et, ne hic damno afficiatur, *v*) interdicit, hac autem ratione cessante, quibusdam modis easdem alienari permittunt. Sic nemo est, qui nesciat, maritum fundum dotalem notoria necessitate *w*) vel vtilitate *x*) urgente valide alienare. Porro patiantur LL. ad bonorum pupilli vel minoris alienationem deueniri, si tutorum curatorumue consensus, iustaque alienandi causa adest, *y*) nec non accurata causae cognitio, ac iudicis decretum praemittitur. *z*) Cum minores et ecclesiae iura aequalia habeant; mirum nemini videbitur, quod eodem fere modo factae rerum ecclesiasticarum alienationes non rescindantur. Si nempe vtilitas siue necessitas aliqua alienationem suadet, et causae cognitio nec non capituli fundationis ecclesiasticae et capituli aut consentus consensus accedit; *a*) alienatio impugnari nequit. Quin immo volunt nonnulli,



nulli, quod, si notoria necessitas apparet, sola fundationum ecclesiasticarum capita, sine capituli conuentusue consensu ad rerum ecclesiasticarum alienationem licite procedere possint. b) Postremo etiam fideicommissa familiae alienari queunt, si agnati iudicialiter et expresse in hypothecam et debitum consenserunt. c) Quia autem nemo dubitat, quin illa bona, quorum alienationem LL. certis modis permittunt, possint quoque iisdem modis licite oppignorari; d) sine dubio licebit etiam de futuris iudicatis cauere iusso omnia eiusmodi bona, de quibus in hac et anteq. §. sermo fuit, adhibitis solennitatibus in eorundem alienatione praescriptis aduersario obligare.

## §. 5.

*Bona ob cautionem de soluendo iudicato obliganda nec obaerata, nec secure reddendo iam obligata esse, aut litis obiectum constituere debent.*

Res certa est et expedita, quod hypotheca specialis in iis tantum bonis caute constituitur, quae nondum aliis speciatim obligata sunt. e) Iam autem cautio nostra de soluendo iudicato a non opulento immobilium bonorum possessore per specialem hypothecam praestanda est. (§.2. huius obl.) Rectissime igitur omnes vno ore exigunt interpretes, vt bona ob hanc nostram cautionem f) obliganda non sint obaerata. g) Quod ipsum non sine ratione eo vsque extendunt, vt bona hypothecae nexu obstringenda ne ipsi quidem aduersario meo hanc cautionem exigenti siue expresse siue tacite iam obligata esse possint. h) Cur enim aduersario meo, cui alio ex capite iam obligatus sum, de futuris iudicatis non aequae plena securitas praestetur ac tercio cuidam? Ius, quod ille, qui superior e lite discessit, habet in bona, de quibus huc vsque litigatum fuit, et de quibus aliquando restituendis iam cautionem de satisfaciendo futuro iudicato praestare debet, nondum extra omnem controuersiam positum est, sed victo adhuc aliqua spes superest, reformata priori sententia, eadem iterum consequendi. Quibus optatis si euentus responderet, et reformatoriae sententiae annectitur adeo condemnatio in expensas in noua instantia factas, nec non damna omnia a me forte interim data; nihil est, vnde eidem de omnibus hisce praerensionibus satisfieri possit. Hinc facile est intellectu, bona, quae litis obiectum constituunt, sola, i) sine aliis simul obligatis, aut iuratoria cautione in supplementum iuncta, idoneam securitatem non praestare.

## §. 6.

*Si cautio de soluendo iudicato vnum alterumue defectum habet; pro re nata ex iuratoria suppletur.*

Si iudex in adlata cautione defectum aliquem deprehendit; quaestio existit an nihilominus admittenda sit, vel an reprobari debeat? Nemo non videt posterius durissimum fore, adeoque bonum atque prudentem iudicem, quatenus fieri potest, illud



illud evitare debere. Probe igitur perpendat iudex anne per alia convenientia media cautionis defectus suppleri queant, et cauens tam arcte constringi possit, vt nullum amplius ab eo periculum perimescendum sit. Alias valde vsitatum est apud Ictos vt ad actus iudiciales imperfectos perficiendos iureiurando vtantur, tanquam subsidia-rio infirmorum remedio. f) Sic, vbi fides plena haberi nequit, pro re nata, eiusdem supplementum ex partis iureiurando petitur. Quod idem in nostra cautione iudici liceat, de eo plane dubitari nequit, cum iura non modo generatim velint, vt circa cautiones medie rem curet, ita nempe vt ab vno periculum auertat, nec alterum circa onere grauet, aut adeo ad ea adigat, quae in eius potestate non sunt, l) vni-um etiam nominatim hoc eidem permittant, vt eos, qui hanc cautionem plane praestare nequeunt, caeteris paribus ad nudam iuratoriam cautionem admitat. m) Quando autem liceat reali cautioni, quae naeuus non caret, iuratoriam eo sine iungere, vt ex hac suppleatur, quod illi deest, n) id regula generali comprehendi nequit, sed prudentis iudicis arbitrio vniue permissendum est. Interim non errare mihi videor, si hoc tanquam aliqualem normam assumi posse statuero, vt nempe imperfecta cautio ad minimum tunc tuto admitti possit, si arbitratur, in specie proposita etiam nulla adlata cautione cauentem iuriurando suo relinquendum esse. Quod autem quando fieri possit, neminem latet. o)

## §. 7.

*Ad haec praecepta reuisoria cautio expenditur.*

Quibus generalioribus praeceptis expositis facillime intelliguntur, quae de reu-  
foria cautione partim LL. imperii sancita sunt, partim supremi camerale iudicii  
vsu seruantur. Primum quotidiana praxis extra omne dubium collocat, quod nec  
amplissimae possessiones aliquem a reuiforiae cautionis praestatione liberent, auq; vt  
nudaae promissoriae relinquatur, efficiant. p) Quinimo R. I. N. §. 124. et obseruan-  
tia camerale ne imperii quidem ordines ab hoc rigore eximunt. Idem sponte et-  
iam produci curant instrumenta, quibus omnia omnino bona generatim reuident  
obligant, exceptis feudis, q) quippe quae per se, nisi nominatim dictum sit, genera-  
li omnium bonorum oppignoratione facta, non simul obligata censentur. r) Nec  
solet vquam supremum archidicasterium, si generalem cautionem recipi aequum  
videtur, super bonorum obligandorum qualitate rigidum examen instituere, et vtrum  
feuda vel fideicommissa iisdem admixta sint? inuestigare. s) Quae sententia sicut  
firmissimis iuris rationibus nititur; (§. 3. huius obs.) ita eandem in Camera necessi-  
tas commendat. Quis enim est quem fugiat, imperii status, equites tam immedia-  
tos quam landstafios, et ciuitates immediatas aequae ac mediatas quoad maximam  
partem eiusmodi bona possidere? t) Si autem generalis hypotheeca siue a statu, siue  
alio quocunque adlata recipi nequit, et is ad propositas reuidentis exceptiones spon-



te singularem aliquam rem speciatim obligare non vult; supremum iudicium hic non minus ac alia occasione u) specialis hypothecae constitutionem imperat. v) Quae si adferretur, ante omnia perill. senatus in illius *magnitudinem* inquirat. Quamobrem reuifus, si bona speciatim obliganda generatim modo nominauit, nec eorumdem situm, qualitates atque pretium specificè indicauit, aut, quae hunc in finem adlegauit, ea omnia reuidens siue in totum siue pro parte in dubium vocauit; de omnibus hisce punctis dubiis legitimam fidem facere iubetur. w) In hypothecae *idoneitate* aestimanda perpendit, an cauens de rebus suis pro lubitu disponere possit, et an bona obliganda sub libera cautionum dispositione sint vel minus? Si enim reuidens monet, aut summo tribunali ex ante actis constat, quod reuifus non possit de rebus suis disponere, vel quod LL. circa bona obliganda eiusdem arbitrium restringant; cautionem non recipit, nisi iis omnibus ad vnguem vsque seruatis, quae LL. ad validam istarum rerum obligationem requirunt, et §. 4. pro instituti ratione satis luculenter exposuisse credo. x) Si reuidens bonorum insufficientiam ea ex ratione impugnat, quod illa iam aliis creditoribus ob ingentes summas hypothecae nexu obligata essent, nec reuifus per iudicis rei sitae attestata docet, bona vel pro nullis, vel pro tam exiguis debitis teneri, vt adhuc sufficientem reuidenti securitatem praebent; supremum tribunal hoc reuifus iniungit, eoque facto cautionem siue pure, siue aliquo antea adhuc exacto, recipit, aut dubia, quae adhuc supersunt, si non sponte remouentur, dilui iubet, eo facto cautionem vel simpliciter, vel aliquo prius praestito, sufficere declarans. y) Item Camera non tolerat, vt bona, quibus reuifus reuidentem securum reddere intendit, huic iam obligata sint, aut, vt praesentis litis obiectum constituent. Hoc solum permittit, vt alia bona huius cautionis nomine reuidenti obligata, si summam, ad quam vsque cauendum est, non attingunt, id, quod in lite versatur, vel in totum, (§. 38. not. l) vel pro parte z) vsque ad reuisionem expeditam simul pignoris nexu reuidenti obligetur. Quantaecumque autem prouidentia supremum Camerae tribunal in admittendis cautionibus versetur, tantum tamen abest, vt cautionem adlatam statim reiciat, vbi aliquis eius defectus se prodit, vt potius omnia et singula momenta accuratissimum sub examen vocet, et sollicite perpendat, an tale medium inueniri possit, quo reuidentis securitati satis prospicitur, et reuifus non maius imponitur onus, quam quidem ferre potest. Solet hinc non modo ea, quae reuifus commodissime praestare possunt, a) vel euentualiter praestare parati sunt, b) vt fiant, iniungere, eo facto cautionem sufficere declarans, sed etiam, si alius appareret defectus, quem reuifus tollere nequit, atque aequum et iustum videtur, reuifum vel e. o. vel ad instantiam in supplementum ad iuratoriam cautionem admitti, mancam eiusmodi cautionem hac sub conditione acceptare. y) Postremo nec dubitat, eos, qui nihil habent, quod reuidenti obligent, certis casibus alibi indicatis (§. 38. p. 54.) erga nudam iuratoriam cautionem ad vi-  
etoriae fructum admittere. d)

a) Con-



a) Contrarium animaduertimus in cautione pro reconuentione et expensis. Plurimisenim in prouincijs hodierno die immobilium possessores hanc ob causam ne nudam quidem promissoriam cautionem praestant. *Mollenb.* ad Laut. L. 2. t. 8. p. 112. in f. Quin imo egregie obseruante perill. L. B. de *Cramer* Weßl. Beytr. T. 1. P. 3. p. 148. in foro tales species haut raro obueniunt, quibus iudex actoribus hanc de rec. et exp. cautionem remittit, quamuis nullas plane possessiones habeant. Non desunt vero prouinciae, in quibus partim lex partim vsus fori etiam ab iis, qui sub eodem Ppe. coram quo lis pendet, immobilia possident, expensarum et reconuentionis intuitu ad promissoriam cautionem adstringit. ill. *Esslori* R. Proc. §. 2153. s.

b) *Mev.* P. VIII. dec. 332. n. 4. In eo nostra de iudicatis soluendis cautio discrepat a cautione de iudicio fisci, quippe quam immobilium possessores nunquam aliter praestant quam per nudam promissionem, non autem per immobilium obligationem. *Mollenb.* l. a. not. 12. p. 114. col. 1. Diuersitatis ratio est euidens. Sola nempe immobilium possessio fugae suspicionem, ob quam cautio de iudicio fisci exigitur, remouet *Mollenb.* l. a.

c) *Mev.* P. III. dec. 76.

d) *Idem* l. a. n. 4. b. *Böhmeri* introd. in ius Dig. L. 20. t. 1. §. 7. lit. γ) p. 5. edit. 9.

e) L. B. de *Wernher* P. VIII. obf. 359. n. 2.

f) §. fin. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. L. 1. C. de pactis. Exc. *Kobius* de pecunia mutua tuta collocanda §. 54. p. 99. iuncta §. 55. p. 101. seqq. *Seyfarth's* teutscher Reichs-Proc. c. 4. §. 15. not. d) p. 96. edit. nouiss. g) *Mev.* P. VII. dec. 183.

h) Vir Exc. Praeceptor et fautor summopere venerandus *Claproth* in iurisprud. heurematica §. 205. p. 478.

i) c. 1. 2. 3. X de pignorib. L. 1. §. 2. D. quae res pignori Exc. *Claproth* l. a. Exc. *Kobius* l. a. §. 55. p. 101.

k) *Stryck* de caut. contract. §. 29. p. 46. edit. de 1753. Alienatio per pactum prohibita hic non venit in censum *Idem* l. a. §. 32. 33. p. 48.

l) In eo iterum differt nostra cautio de iudicato soluendo a cautione de iudicio fisci. Quia nempe huius finis solum hic est, vt durante lite non discedamus; facile intelligitur, quod non opus sit ad haec duo principia et, quae inde fluunt, attendere. Reuocabile igitur et uile dominium modo habentes promissioni suae relinquuntur. *Mollenb.* l. a. p. 112. De cautione pro rec. et exp. idem dicendum est, quod nempe tam ibi, ubi immobilium possessores ab hac cautione vel plane liberi sunt, quam ibi, ubi ad promissoriam cautionem adstringuntur, sufficiat actorem possidere bona immobilia nec ad eorundem qualitatem respiciatur. Nec iniquum hoc est. Cuiuscunque enim sint indolis immobilia; huic certe spericulo auertendo sufficient. ill. *Esslor* l. a. §. 2153. s.

m) L. vn. §. 15. C. de rei vxor. act. pr. Inst. Quib. alien. lic. vel non

n) L. 1. D. Quae res pignori vel hyp. datae oblig. non possunt. Vide generatim interpret. ad hunc tit. o) Auth. Hoc ius porrectum C. de S. S. ecclesiis.

p) b. *Böhmeri* I. E. P. P. II. L. 3. t. 13.

q) c. 2. X. de donat. et arg. L. 27. De Reb. Cred.

r) Non dissimilem fere esse ciuitatum bonorum alienandorum rationem quam bonorum ecclesiasticorum iam obseruauit *Stryck* l. a. S. I. c. 3. §. 15-17.

s) De feudis enim tanquam re notissima praemeditato animo breuitatis studio iam nihil dico. Vide de hypothecis feudalibus Exc. *Kobium* l. a. cap. 6. per tot. §. 60-91.

t) ceu egregie ostendit ill. *Platter* de iure foeminarum adspirandi ad fideicommissa familiaria c. 2. §. 3. seqq. u) Exc. *Kobius* l. a. §. 58.

v) *Stryck* l. a. §. 24. p. 44. et p. 26.

w) L. 1. D. de fundo domi L. vlt. C. cod.

x) L. 26. L. vlt. de iure dotium.

y) *Stryck* l. a. S. I. c. 3. §. 18. p. 37.

z) *Idem* l. a. p. 38.



a) c. ambitioſae Extrauag. de reb. eccl. non alien. L. 21. C. de S. S. eccl. *Idem* l. a. §. 9. et 50. p. 30. De ſolemnitatibus hiſce vid. b. de *Leysler* ſpec. 24. m. 1.  
 b) c. 2. X. de donat. arg. c. 53. c. 12. qu. 2.  
 c) *Kobius* l. a. §. 58. p. 107.  
 d) *Heineccii*, Pänd. L. 20. t. 3. §. 25. p. 440. edit. de 1757.  
 e) Exc. *Claproth* l. a. §. 214. p. 496.  
 f) Habes hic iterum diſcrimen inter cautionem de iudicato ſoluendo et eam, quae pro rec. et expenſis exigitur. Nam ibi quoque ubi immobilium poſſeſſores ad promiſſoriam cautionem obligantur, ſufficit bona non eſſe adeo obaerata, vt metui debeat concursus ill. *Eſtor*. l. a. §. 21. 53. s. ill. *Ayres* de cautione a bonorum immobilium poſſeſſore non exigenda c. 3. §. 11. p. 57. Decreſcentibus autem actoris bonis durante proceſſu noua cautio praestari debet. *Carpz.* P. I. C. V. def. 11. De cautione de iudicio ſiſti idem dicendum eſt ob finem, quem intendimus. *Mollenb.* l. a. n. 13. p. 114.

g) *Mollenb.* l. a. n. 13. p. 114. h) Exc. *Claproth* l. a. i) ill. *Eſtor* l. a. §. 2142.  
 k) *Mev.* P. II. dec. 257. n. 5. l) *Idem* l. a. n. 6. m) *Idem* P. XI. dec. 42. P. IX. dec. 94. n. 2.  
 n) *Idem* P. II. dec. 257. o) L. B. de *Cramer* obf. CV.  
 p) *Vulceius* de iudiciis p. 340. *Bocken* ad *Blum.* t. 70. §. 10. p. 720. Cautio per iudicialis ſcepri tactum ob mandatum a procuratoribus inferendum vſitata de *Ludolf* ad obf. *Magenh.* 52. p. 405. ad reuisionem non extenditur ill. *Eſtor*. l. a. §. 2153. u.  
 q) *Gylmann* ſymph. 68. T. 3. r) H. F. 26. b. *Böhmer* l. a. §. 5. p. 4. 5.  
 s) L. B. de *Cramer* l. a. T. H. P. II. obf. DCCXXXV. p. 359. ſeqq. Ibi commemoratur in cauſa p. *Wiſſeburg* contra v. *Daltwig* app. reudentem adlatam omnium bonorum cautionem ideo impugnasse, quia bona omnia vel feudalia vel fideicommiſſaria eſſent. At cum reuiſus quaedam ſolum bona hanc qualitatem habere adlegasse, et in generali cautione eo reſpiciendum non eſſe docuiſſet; imperialis Camera cautionem pro idonea declarauit.  
 t) Exc. *Kobius* l. a. §. 60. Add. *Thomasius* de officio Directorum et Ducum circul. in execut. ſent. §. 58. Quoad ciuitates imperii non ſolum de bonis obligandis ſed et de eo quaestio ſaepius mouetur, an et quatenus magiſtratus ciuitatis bona obligare poſſit? Et inſpici debet forma regiminis ex eaque abſtrahi quatenus magiſtratus ciuitatem repraeſentet. *Kobius* l. a. §. 40.

u) vid. v. c. de *Ludolf* T. IV. obf. adp. 1. n. 13.

v) vid. v. gr. diſſ. mea p. 57. not. o) Nec obſtat mihi, quod ibi iniungatur fideiuſſoria cautio. Nam ex conſuetudine fori germanici fideiuſſoriae et pignoratitiae cautionis promiſſus eſt vſus. *Mev.* P. II. dec. 256. n. 5.

w) vid. v. gr. obf. 5. not. c) ibique adductum praeciuſdium in cauſa de *Wenge* contra de *Vogel*. Add. diſſ. mea p. 51. not. e) col. 2. ibi durch verſtändige taxiren.

x) In praesenti nec licet nec opus eſt, omnes ac ſingulas in §. 3. et 4. adductas ſpecies rebus iudicatis illuſtrare atque ſtabilire. Sufficiet duas ſpecies in foro frequentiſſimas non plane intactas reliquiſſe. Quod minorum bona non aliter, ac in ſpho 4. dictum eſt, pro futuro reuisionem iudicato reuidenti obligare liceat, id vel ſequens ſententia die 18. Martii 1728. publicata, et a b. de *Ludolf* ſymph. T. I. faſc. XI. p. 105. exhibita luculenter commouſtrat. Verba ſententiae haec ſunt. In reſp. entſchiedener Sachen Directoren, Hauptmann, Räte und Ausſchuß der unmittelbahren freyen Reichs Ritterschaft Landes zu Franken, Orts Röhön und Werra, ſes 30 C. J. W. v. Mansbach gehöhrer, v. Geyſo contra wepl. J. L. v. Geyſo, ſes beſſen Söhne in actis benannt mandati de edendo inuentario et ad reddendum rationes adminiſtratae tutelae et praest. reliqua S. C. nunc reuisionis iſt - - - - - darauf der ſub [160] producirtе cautionſchein e. o. pro recognito auch nach Geſtalt dieſer Sach, und ſo viel die mit cavitende unumzige betrifft, vorhergangenen richterl. Erkenntniß (jedoch daß zuſörderſt Dr. Schmidt das rutorium ſeiner Ppalen und deren Mit-Vormundes ad acta producire) in ſo fern vor gnugsam angez nom



nommen, daß Klägerin gleichfalls sie darin in supplementum angebothene juratorische caution — — — wirklich leiste, denn vorgängig in pto mandati de exeq. und sonstn ergeben solle w. r. i. Alter casus frequentissime in foro obueniens est, quando fundationum ecclesiasticarum capita qua talia eo sine, vt adiudicata consequantur, ecclesiae bona reuidenti obligare tenentur. Et certum est, quod, quia etiam in vtili rerum ecclesiasticarum alienatione canones exactam praescriptarum solemnitarum obseruationem requirunt; L. B. de *Cramer* l. a. T. II. P. II. obs. DCLXXXII. §. 12. in f. p. 257. illae omnes ac singulae proprie etiam in reuisoriae cautionis praestatione interuenire debeant, quamuis nemo negare possit, reuisoriae cautionis praestationem victori admodum vtilem et necessariam esse. De illa quaestione: an cautio a praelatura praestita nihilominus vt sufficiens recipiatur, si superioris consensus deficit, aut de deliberatione in capitulo facta non constat, vid. *Idem* l. a. T. II. P. I. p. 42.

h) Quae de bonis obaeratis modo dixi, iis omnibus lucem affundunt egregiam acta sub rubro *Baar* contra *Württemberg*. Cum Not. *Heller* contra sententiam die 21. Iunii 1747. publicatam die 16. Oct. e. a. reuisionis remedium introduxisset; *Ltus Deuren* die 8. Ian. 1748. cautionis instrumentum produxit, quod autem Not. reuidens non recognouit, sed, prout sibi die 17. Ian. e. a. referuauerat, die 11. Martii a. e. exceptionem praeliminare cautionis insufficientissimae cum referuatione vterioris deductionis proposuit. Cuius praelimitaris scripti effectus quidem hic fuit, vt die 29. e. m. et a nouum produceretur cautionis instrumentum annexo petito solito pro mdo de exeq; at cum ex alio quodam scripto, quod Notarius die 8. Iulii a. e. produxerat sub inscriptione: *Gegen-Absfertigung in puncto cautionis*, euidenter appareret, nec hanc de nouo oblatam cautionem sufficientem securitatem praebere; die 19. Ian. 1750. sententia publicata fuit sequentis tenoris: *In Sachen Christian Graf v. Baar wieder Herz. Württembergische administrations Regierung sezo H. C. H. zu W. mandati de soluendo vel dimittendo hyp. S. C. et in puncto damni et expensarum* decisi nunc in puncto reuisionis et cautionis ist. Et *Deuren* sein des mandati de exeq. halber beschehen Begehren n. 3. 3. abgeschlagen, sondern Not. *Heller* auf eingebrachte special-Gewälter zu Abstattung des iuramenti reuisionis gelassen, darauf Et *Deuren* einen verbesserten cautions-Schein mit Benennung der Güter wo solche gez. legen, und Bescheinigung des Vets Nichtern, daß solche frey, mit keinen Schulden verhaftet, weder verhypotheciret, einzubringen Zeit 1. 3. p. r. et p. v. A. w. angesetzt. Cui sententiae morem gessit *Ltus Deuren* ac die 16. Febr. e. a. protulit regiminis *Osnabrugensis* attestatum in originali sublit. C. rogans, vt iam saepius antea rogauerat, vt nempe nunc mandatum de exequendo emitteretur. At Not. *Heller* die 15. Aprilis e. a. produxit recessum scriptum loco oralis, ad quem *Ltus Deuren* die 11. Maii e. a. per recessum oralem modo regressit, quod bona ista, etiam si ob vnum alterumue debitum in iis iam hypotheca constituta esset, nihilominus victum de adiudicata summa plenissime securum redderet, addens caeterum contradictionem generalem. Nihilominus nouus in locum interim demortui *Lti Deuren* surrogatus Procurator *Dr. Ruland* die 10. Nou. 1751. aliud Cancellariae prouincialis atque iustitiae *Osnabrugensis* attestatum sub lit. B. sponte produxit, ex quo constabat, Ppalem suum praedictum quoddam nomine *Borgwede* pro 17500. florenis emisse, illudque nec in nexu feudali constitutum, nec iuri retractus obnoxium, nec creditori cuidam obligatum esse. Cum die 17. Dec. 1751. Not. *Heller* humillimum recessum contradictionis scriptum loco oralis produxisset; *Dr. Ruland* die 19. Ian. 1752. adhuc aliud Cancellariae *Osnabrugensis* attestatum adtulit, cuius caput hoc erat, quod *Palis* suus pretium emtionis soluisset. At ne tunc quidem Not. cautionem oblatam vt sufficientem agnoscere voluit, contendens die 24. Febr. a. e. postremum attestatum se referre ad instrumentum super istius praedicti emtionis confectum, quod reuisus in Cancellaria *Osnabrugensi* produci curasset, ac solummodo, prout omnes scirent, nulla de pretio fide habita, documenta super emtionem ita conferri, ac si pretium



pretium conuentum actualiter exsolutum esset, ideoque ad probandam actualem pretii solutionem requiri peculiare factae solutionis documentum, siue specialem aliquam apocham sine denique aliam probationem quamcumque; at supremum Camerae tribunal tandem per producta attestata, dubia, quae antea adfuerant, remota esse statuit, edicens hac de re die 27. Sept. 1754. sequentem in modum praemisso rubro: ist die durch weyl. Et Deuren den 8. Jan. 1748. ad acta gebrachte caution auf die weitere durch Dr. Kuland |91| 94| und |95| übergebene gerichtliche attestata nunmehr für hinlänglich angenommen, darauf Dr. von Zwiertein glaubliche Anzeige zu thun, daß der am 21. Junii 1747. eröffneten Urtheil ic. Conf. diss. mea p. 51. not. e) col. 2. ibi: ob und was für Schulden auf denselben stehen &c.

3) Exemplum eius rei habes in Sachen v. Geysd contra v. Geysd. Quae nempe in sententia, cuius nonnulla verba not. y) iam exhibui, immediate subsequuntur, ad rem praesentem spectant, et ita se habent: Uebrigens wird Klägerin bey so gestallten Sachen, wenigstens die Reuision erforderlich seyn wird, anders nicht als mit Vorbewußt ihres Mitvormundes sicher anzulegen, oder sonst darüber zu disponiren, hiemit angewiesen.

a) vide v. c. not. antec.

β) v. g. si reuifus euentualiter se ad suppletorium iuramentum obtulit. Conf. quoque L. B. de Cramer l. a. p. 361. n. 3.

γ) Rei naturae maxime conuenire videtur, vt tunc modo reali cautioni iuratoriam iungamus, quando illa non est satis magna. Nam si cauens vel non potest de rebus suis libere disponere, vel in bonis obligandis plenum et illimitatum dominium non habet; tunc obseruando sollemnitates §. 4. descriptas efficiendum esse videtur, vt cautio tanquam valida et legitima subsistat. Interim iudicis arbitrium ita restringi non posse credo, vt interdum realem cautionem, quae ob vnam alteramue rationem pro satis idonea existimari nequit, offerenti supplementi loco iusiurandum imponere nequeat. Sic memoria teneo sententiam quamdam, quae boni fideicommissi subiecti possessori permittit, vt id, quod cautionis idoneitati deerat, iureiurando suppleret. Nec hoc iuri repugnat. Iusiurandum enim est quorumcumque actuum, infirmorum, et homines in officio continendi subsidiarium medium.

δ) Quamuis non opus sit huic sententiae tanquam indubitatae rebus iudicatis fidem conciliare; licebit tamen vltioris illustrationis gratia ex causa iam p. 15. commemorata Schlenacken contra Couven et quidem ex sententia die 31 Maii 1748. publicata huc pertinentia verba, quia alibi nondum inueniuntur, transcribere. Praemisso rubro app. I et 2dae decimae nunc exequit. et respectiue reuif. nec non liquidationis prouisionalis. — ferner den 2ten Hauptpunkt die zu viel erhobene Schätzung auch deshalb interponirte Reuision betr. ist Et W. auf vorbrachten special-Gewalt, so viel den 4ten Theil des liquidirten quanti belanget, des durch Rot. Heller beschehenen Einwendens ohngehindert zu wärklicher Leistung iuratorischer caution in nächstfolgender audienz gelassen.

## OBSERVATIO VIII

Quomodo procedi soleat, si reuisioni renunciatum est?

Multi reuisionem interponunt atque introducunt non vt eandem coram reuiforio iudicio aliquando prosequantur, sed vt a victore sub tolerabilioribus conditionibus transactionem obtineant. Reuifi iuri suo ex sententia reuiforum retractioni adhuc obnoxia quaesito vrlurimum non solent nimis tenaciter insistere, sed potius lubenter de eodem aliquid vel ea praepremis ex ratione remittere, vt liberam de bonis



nis suis disponendi potestatem integram retineant, aliquando vsui forsan maximo futuram, si damni auertendi causa erga hypothecam mutua pecunia sumenda est, aut si praeter opinionem ingens commodum percipiendi, vel suam suorumque felicitatem promouendi occasio se offert, et reuisi forte hypothecae aliquid hunc in finem obligare necessum habent. Cuius voti sui compotes facti reidentes suo reuisionis Notario speciale mandatum transmittunt, vt post transactionem initam supremo Camerae iudicio debite significatam interpositae et introductae reuisioni in iudicio renunciet, ac transactionis confirmationem petat. Ex parte reuisi similis sequitur declaratio et petitio, addita adhuc, quadam alia, vt nempe celsissimum tribunal clementissime patiarur, productum cautionis instrumentum recipi. Camera imperialis precibus hisce omnibus citra vllam moram locum dare solet et potest, cum vtraque pars ista omnia velit, et, quod speciatim ad cautionem attinet, cessante nunc eius causa, nempe reuisione, illa quoque ipsa cessare debeat. a)

a) vid. e. gr. §. 33. in f. p. 47. Si reidens autem sponte sine transactione a reuisione desistit, eiusdemque procurator vi mandati specialis hoc iudicio camerali per recessum significat, aut transactio, quae forsan inita est, occultatur, adeoque reuisi instrumenti cautionis retroraditionem vnice rogat; tunc haec eidem vnice quoque conceditur, ceu patet ex sententia, quam exhibet b. de Ludolf Symphor. T. I. fascic. XI. p. 105. et ita fuit: -- ist Dr. Schmidt auf die durch Dr. Göllich am 12 Jan. a. pr. gefundene Anzeige, daß dessen Principalen von der gesuchten Reuision abgestanden, die Zurücknehmung des dieservwegen ad acta gebrachten caution-Scheins sub 160 hiermit versattelt. Dies publicationis fuit octauus Februarii anni 1730. Rubrum causae vide supra obs. antec. not. x.

### OBSERVATIO X

*De vsu et abusu primae agendi facultatis, s; ordo nouarum reuisionis  
Notarium intra fatale non tangit.*

#### §. I.

*In praxi permittitur Notarius, vt veniam legendi extra ordinem rogent.*

Observatum iam a me est, a) regulam, quod reudentium mandatarii procuratores Camerae interrumpere non debeant, in praxi non scrupulose seruari, sed illis ex speciali gratia saepius permitti, vt extra ordinem recessus suos reuisionis introductionis orales recitent. Exemplum, vbi id factum erat, tunc temporis non erat ad manus. Postea autem continuata diligens actorum camerarium lectio plura suppeditauit. Sic in causa v. Münzesheim contra v. Wirschesfall Notarius reidens die 2 Jun. 1760 ab audientiam dirigente perill. Assessore petiit, vt liceret sibi extra ordinem contra sententiam die 1 Febr. e. a. latam reuisionem introducere. Nec is eidem aequae ac Not. Helleo in compluribus causis aliis petiram licentiam dare dubitauit.

#### E

§. 2.



## §. 2.

*Qui hanc veniam obtinuerunt notarii eadem uti debent. Non utentes, si fatale interim elabitur, desertionem non effugiunt.*

Qui obtenta eiusmodi venia videntur, Notarii, si reuifio nullo vitio alio laborat, confestim ad reuiforium iusiurandum admittuntur. Eandem vero spem nullo modo concipere possunt, qui impetrata venia non videntur, quia omnia, quae ad introductionem requiruntur, non habuerunt in promptu, adeoque dicis solum gratia audientiae directorem pro venia extra ordinem legendi implorarunt, opinantes illum forte petitioni locum non daturum, seque, deficientem agendi facultatem praetendendo, effecturos esse, ut reuifio ob vnum alterumque intra fatale non peractum reuera deserta recipiatur. At omnes, vel me non monente, vident, hanc cautelam iis proficuum esse non posse, qui hoc modo ad ea, quae intra fatale non peracta sunt, adhuc post illud facienda necessarium tempus lucrari student. Nec conualescere potest talis reuifio si in sequenti forsitan audientia eidem praesidens veniam expetitam concedere siue non vult, siue non potest. Sibi enim impudent reuidententes, quod in antecedenti audientia impetrata venia non fuerint vsi, aut ob negligentiam suam uti non poterint. *b)*

## §. 3.

*Reuifionis notarii persaepe extra ordinem legendi veniam non petunt, sed omnia ad reuifionis introductionem necessaria extraiudicialiter exhibent.*

Si autem reuidentis mandatarius praecidit, ordinem nouarum intra fatale adhuc currens non ad finem perductum iri, et, quia credit, non licere veniam extra ordinem legendi rogare, in supplica extraiudicialiter iusto tempore exhibita perillustri senatui, qui definitiuam concepit sententiam, exponit reuifionis formalia et fatalia quaecumque debite atque exacte obseruata fuisse; nemo illud eidem vitio vertet, aut reuifionem tanquam extraiudicialiter, adeoque non rite introductam reiiciendam esse censabit. Solet etiam perillustri senatus tali casu, si alia vitia non obstant, statim sententiam reuifionis admissoriam concipere. *c)*

*a)* in nota ad §. 25. ex errore a typographo omiffa, ideoque erratorum praecipuorum indici inserta.

*b)* Quae omnia luculenter comprobant, quae in eadem causa v. Münzeshelm contra v. Wittschell agitata sunt. In ista enim causa Notarius die 2. Iun. 1760. recessum suum introductionis, ceu ipsi permiffum erat, non recitauit, nec Pedello more consueto procuratorum subsellia transeuntis designationem ad Notariorum mensam deferendam tradidit, quia vnum alterumque producendum adhuc deerat, et supremo iudicio fucum facere decreerat. In sequenti audientia, die nempe 4. e. m. iterum comparuit et ab eadem dirigente perill. Assessore veniam extra ordinem



ordinem legendi de nouo efflagitauit. At cum ista in audientia ob insequenti die celebrandum corporis Christi festum pro more tres vel quatuor tantum recessus audirentur; recessum suum legere non potuit. Vident omnes, hanc secundam veniae petitionem eadem ex ratione iterum dicis gratia a Notario hunc morem non ignorante factam esse, et ob modo adlatam rationem desertionis vitia sanare non potuisse. Quamobrem cum ordine nouarum finito idem Notarius reuidentis die 9. e. m. et a. eandem reuisionem tanquam in prima sua agendi facultate introduceret, et, qui stabat ab altera parte Vir ill. et fautor meus nunquam satis deueniendus de *Zwierlein* senior primum extraiudicialiter exhiberet, deinde autem vi inscripti decreti die 27. e. m. et a. in iudicio produceret supplicationem pro clementissime maturando desertoriam sententiam euentualiter vero reiectoriam, in eademque omnia haecce reuisionis vitia luculenter exponeret; die 3. Dec. e. a. desertoria et respectiue non deulutoria ferebatur, annexa paritoria ad mandatum de exeq. et expensarum taxatoria. In *entschiedener Sachen* F. A. von und zu *Münzschheim* contra v. *Mitschessfall* und *Conf. app. nunc mdi de exeq. S. C. et reuif. ist die durch Not. Colbre interponirte Reuifio theils als verparbet, theils als ohnzulässig nicht angenommen* ic. *Conf. L. B. de Cramer T. II. P. II. obf. DLXXIV. p. 6.* vbi reliqua sententiae verba legi possunt.

c) Duo exempla mihi innotuerunt, quae modo dicta confirmant atque haut parum illustrant. In causa *Mariensstatt* contra *Grün* die 22 Maii 1756 definitiua sententia publicata fuit, contra quam pars rea reuisionis remedium adhibuit. Cum ordo nouarum iusto tempore Notarium non tangeret, hieque ideo die 15 Sept. e. a. omnia ac singula ad reuisionis introductionem necessaria per supplicam extraiudicialiter exhiberet; per ill. senatus fatalia et formalia bene se habere deprehendens, die 18. e. m. et a. per Notarium cameralem reuidentis mandatario perloquatur indicari curauit, (\*) iudicalem reuisionis introductionem in prima agendi facultate fieri posse atque debere. Cui mandato morem gessit *Not. F. ac die 24. e. m. et a. recessum introductionis recitauit, qui praeter consueta fatisque nota formalia haec continebat: Nor. F. --- übergiebt darauf in prima agendi facultate unterthänigste exhibitionem reuisionis mit anliegenden schriftlichen introductions-recessu und dessen Anl. a. n. 1 - 7. incl. womit per loquatur vom 18ten huius ad iudicium verwiesen worden, handelt* ic. Quatuor post dies reuisionis et cautionis admissoria pronuntiata fuit hie concepta verbis: *In entschiedener Sachen der Abtey zu Mariensstatt contra den Cansley-Rath Grün, wie auch interuentirenden Herrn Marggr. zu Brand, Dnolzbach und Herrn Grafen zu Sayn Hachenburg mandati de lite pendente omnia in statu, quo ante causam abbatiae Mariensstatt contra comitem de Kirchberg et Sayn Hachenburg fuit, relinquentes S. C. nunc interpositae reuisionis ist Not. F. ad iuram. reuif. gelassen, und die durch L. Weylach producirte caution vor hinlänglich angenommen* ic. *Conf. B. de Cramer T. II. P. I. obf. 461. p. 41.* Alterum, quod addere promisi, exemplum desumptum est ex actis *Seelbach* contra *Kunkelische Renth-Cammer* app. In ista nimirum causa die 23 Febr. 1759. in supremo Camerae tribunali definitiua sententia publicata fuit. Cum omnia exacte et tempestiue peregisset reuidentis Notarius, iudicalem autem introductionem intra fatale fieri non posse sentiret; die 21 Iul. e. a., adeoque fatali nondum elapso, supplicam extraiudicialiter exhibuit, in eaque reuisionis fatalia et formalia iustificauit, documentis quibuscunque necessariis simul additis. Postea die 28. e. m., ordine nouarum finito, Notarius sponte in prima sua agendi facultate recessum introductionis legit, qui a formula consueta in eo solum recedebat, quod in fine indicaret Notarius: *dass er den 21ten Jun. eine unterthänigste supplication extraiudicialiter übergeben habe, beziehe sich auf deren Inbalt mit unterthänigster Bitte, solche ad acta gnädigst legen zu lassen.* Monuit quidem partis reuifae procurator per recessum die 4 Iul. e. a. inter alia tertio loco et hoc, quod extraiudicialiter petita quadrimestris reuiforii prorogatio, qualem Notarius reuidentis die 21 Iul. adhibuisset, fatalis cursum vel ideo sistere non posset, quia hoc reuifioni interponendae atque introducen-



ducendae 4 mensium spatium aequae ac appellationis decendium prorogari non posset, ideoque desertionis exceptionem obiecit; at probe intelligens exceptionem istam attendi nullo modo posse, die 14 Aprilis 1760. cautionis instrumentum produxit. Et reiecta quoque fuit ista desertionis exceptio, Notario ad iururandum reuisionum admisso, cautione oblata e.o. pro sufficienti acceptata, ac tandem ad docendum de partitione duorum mensium spatii praefixo huiusce formalibus: In entschiedener Sachen der Gemeinde Seelbach wieder Gräfl. Wied. Runkelische Renth-Cammer und die Kellerey zu Billmar app. nunc interp. reuisionis; ist die durch Not. Faber unterm 21 Jun. und 7 Jul. v. J. extrajudicialiter übergebene supplicationes ad acta zu registriren verordnet, darauf mit Verwerfung eingewander exception desertae reuisionis, gedachter Not. auf vorbrachte special-Gewälter ad iuramentum reuisionis zugelassen, fortan die durch L. Weylach [60] von der Abtey ad S. Mathiam ausgestellte caution e.o. pro sufficienti angenommen, Et Ziegler Principalschaft aber glaubliche Anzeige zu thun, daß der unterm 23. Febr. v. J. eröfneten Urtheil und darauf den 27. Jun. ergangener paritori gehorsamlich gelebt sey, Zeit 2. p. t. c. p. v. A. w. angefetzt mit dem Anhang, wo sie dem also nicht nachkommen werde, daß es alsdenn bey der den executorialibus einverleibten Pön pure bleiben und das gebetene mdrum de exeq. et manutenendo ohne ferneres Anrufen auß der Causley verabsolget werden solle.

- (\*) Ratio cur perill. senatus reuidentis Notario per loquatur indicari curauerit, quod iudicialis reuisionis introductio fieri possit, nec eundem, prout aliis in casibus similibus raturatum est, per decretum ad iudicium remiserit, sine dubio haec est, quod eiusmodi extrajudicialia decretum tacitam quamdam reuisionis approbationem continere videtur, et alia omnia perill. senatus sollicito euitat. (§. 13. not. 1) p. 24.)

### CONCLUSIO

Decreueram adhuc duas vel quinque obseruationes alias addere, ita hoc specimen duodecim vel quindecim obseruationes contineret; at cum hae decem iam plus spatii occupauerint, quam iisdem destinaueram, et integram sphaeram, cui in vltima obseruatione tertium locum assignaueram, ob spatii defectum refecare debuerim; iam hic subsistam, et, si praesens specimen Tibi B. L. non proflus displicere intellexero, reliquas obseruationes iam elaboratas vna cum quibusdam aliis preparato aliquo specimine mox exhibebo.

p. 30. not. a) c. 52. c. 12. q. 2. c. 7. X. de rebus ecclesiae alien. vel non c. 1. cod. in 6. c. 1. 2. 5. 7. 8. 9. X. de his, quae fiunt a Praelato b. Böhmery instit. iuris canonici L. 3. t. 13. §. 4. p. 405. §. 6. p. 406. Idem l. a. L. 3. t. 10. §. 6. p. 396. edit. de 1760.

p. 31. not. r) in f. De iure canonico certum est, quod ad omnes alienationis species, quas recenset b. Böhmery l. a. L. 3. t. 13. §. 12. p. 403. in praclaturis mediatis Episcopi, in exentis summi Pontificis consensus requiratur. c. 8. X. de transact. Idem l. a. L. 1. t. 36. §. 2. p. 170. addantur Hornii additamenta ad Schilzeri institut. iuris canon. L. 2. t. 6. §. 15. p. 319. et §. 17. p. 322.





Wittenberg, Diss., 1765-66  
X 22842 94

ULB Halle

3

007 439 563



v. 18









**Hand-Blatz**

der Natur,

oder:

**Unterredungen**

Beschaffenheit und den Absichten

der

**nürlichen Dinge,**

die Jugend zu weiterm Nachfor-  
muntert, und auf richtige Beariffe von der  
Macht und Weisheit Gottes geföhret  
wird.

**Erster Theil.**

**von den Thieren und Pflanzen**

betrachtet.

Zwente Auflage,

aus dem Französischen von neuen übersezet von

F. W. B.

**mit dem Allerhöchsten Privilegio.**

Wien und Nürnberg,  
Peter Conrad Monath.

1750











14  
1765 73  
386

VLTERIORVM OBSERVATIONVM  
DE  
**REMEDIO REVISIONIS**  
EX LEGIBVS IMPERII ET PRAXI  
**CAMERAE IMPERIALIS**  
PRAEPRIMIS RECENTIORI HAVSTARVM  
DECADEM PRIMAM

AD DISPVTANDVM PROPONVNT  
**D. IVSTVS CHRISTIANVS LVDOV  
DE SCHELLWITZ**

ET  
**IOANNES GOTTLIEB THOMAS**  
DEVTSCH-PAVLSDORF, LVSTATVS

DIE OCTOBR. MDCC LXV

WITTEBERGAE  
EXCVDEBAT IO. CHRISTOPH. TZSCHIDRICHVS

